



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatiſ, eorumque
Ministerijs - In ſeptem Tractatus distributus ...

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1629

Tractatvs Sextvs. De perfectione in officijs & ministerijs litteras
profitentium & nominatim Magistrorum ac Prædicatorum Euangelicorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)



TRACTATUS SEXTVS.

DE PERFECTIONE IN OFFI-
CIIS ET MINISTERIIS LITERAS PROFITEN-
TIUM, ET NOMINATIM MAGISTRORVM AC
Prædicatorum Euangelicorum.

CAPVT I.

SCIENTIÆ NECESSARIÆ AD PERFECTE
*obcunda munia Magistrorum, Prædicatorum
& Prælatorum.*

SORS LITERATORVM ET ERVDITORVM IN OMNI
BVSSCIENTIIS eminentium complectitur varia officia
& ministeria, præstata valde ac vtilia in bonum totius Ec-
clesiæ, & Christianæ Reipublicæ. Illi enim sunt qui tan-
quã Magistri veram doctrinã in Scholis docent, & ab eius
hostibus in disputationibus defendunt: explicantes stupenda naturæ se-
creta & arcana Scripturæ Sacræ mysteria. Ex illis prodeunt Prædicato-
res, qui populo Christiano sanctum prædicant Euangelium; Confessarij,
qui respondent, suumque præbent iudicium in casibus, dubijsque rebus;
Iudices proferentes sententias circa controuersias in omnibus Tribuna-
libus; Aduocati siue Iurisperiti, qui partes contendentes in eisdem Tri-
bunalibus tuentur; & Pastores ac Prælati, qui Ecclesias, & Religiones
gubernant. vt autem felix illorum sors & munus vltimus progrediatur,
filios quasi parentes generant, qui ipsis in huiusmodi ministerijs succe-
dant: qui enim nunc sunt discipuli, postea euadunt scientiarum periti, &
Magistri. Nec satis sibi esse existimant quod præsentibus erudiant: sed eri-
am doctrinam suam scripto edunt: vt per totum orbem diuulgetur, du-
retque etiam in secula futura. Horum ministeriorum præstantiora, & vti-
liora (quæ huius Tractatus erunt præcipuum argumentum) sunt illa.
quæ tendunt in spirituale Ecclesiæ bonum, & animarum salutem: de
quibus dixit Apostolus, quòd *aposuerit Deus in Ecclesiã primum Apostolos*

1 Cor. 12. 28

secundã

b Ephes. 4.
1.

secundo Prophetas, tertio doctores; & iterum dicit: b: ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas: alios Euangelistas, alios autem Pastores & doctores, ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in edificatione corporis Christi, ut scilicet vniuscuiusq; ministerio suo atq; dat; ut Sancti hoc est: ecclesia est Ecclesiae, aedificium peragat semper, & conseruetur, conuente indigentiam infidelibus. Horum ministeriorum praestantia & excellentia adeo est clara & perspicua: ut seipsum palam manifestet, ac praedicet. Nec aliam commodior via eam extollendi ac magnificandi; quam si bonorum operum in singulis ministerijs latentes in lucem proferantur; & similiter duplex talentum necessarium ad ea perfecte exercenda: talentum scilicet Sapientiae & sanctitatis; siue scientiae & virtutis; siue (ut S. Gregorius ait) Intellectus & operationis: quorum coniunctio & familiaritas adeo necessaria est: ut neq; scientiae sine virtutibus: neq; virtutes absq; scientijs sumere possint, ut iam dicemus

Homil. 9. in
Euang.

§. I.

I

A PRIMO igitur talento initium sumentibus aduertendum est: scientiae nomine hic intelligi vniuersim lumen quoddam spirituale, quo noster intellectus certo agnoscit veritates necessarias & conuenientes ad nostrum, aut Ecclesiae bonum vniuersale, aut nostrorum proximorum: quae cum sint tot, tamque diuersae: idem diuersa lumina scientiae quae ad eas cognoscendas diriguntur. Q V A R T U M dux est lumen naturale, quod Dauid appellat a lumen vultus Domini; ab eo enim cum magna claritate procedit; ostenditque intellectui nostro bonum a nobis faciendum & malum fugiendum: & vniuersim quicquid pertinet ad statum hominis vitam suam iuxta rationem, & naturae legem ducentis. Quemadmodum enim bestiae naturali quodam instinctu nouerunt res sibi vtilis, & noxias: ut illas sibi accipiant, has vero rejiciant: ita homo naturali rationis lumine, (quod alij Synderesin vocat) vtens, bona sua ratione agnoscit, quid vtile sit, & quid noxium ad bonum esse hominis. Et idem lumen connaturale quasi redditum intellectui nostro initium est & fons scientiarum omnium naturalium, quae humano discursu inuenta, & manifestatae sunt: & sunt habitus, & quasi lumina intellectui superaddita quibus clare facileq; videt veritates naturales, quales sunt in Philologia, Astrologia, Medicina, Mathematicis & alijs similibus.

a Psal. 4. 7.

S. Thom. 1.
P. q. 79 a. 12

2

S E D quoniam omne lumen naturale semper est, & fuit valde debile, prospexit Dominus noster de supernaturali fidei lumine, quo noster intellectus magna certitudine credit omnes veritates, quas Deus Dominus noster Ecclesiae suae reuelauit: quemadmodum continentur in scriptura Sacra veteris ac noui Testamenti: atque habentur per Traditionem Apo-

stolorum

stolorum, aut declarata sunt in Decretis Sactorum Conciliorum. Quae tamen fide vnusquisque speciatim totum id nouit, quod pertinet ad statum Christiani: hoc est, quicquid ad propriam salutem nosse est necesse. Ad quam fidem iuuandam & fouendam largitur Deus omnibus iustis quatuor Spiritus Sancti dona, quae appellamus *donum Sapientiae, Intellectus, Scientiae, & Consilij*: quae sunt quatuor supernaturalia lumina fidem ipsam corroborantia, vt possit magis penetrare veritates ipsas reuelatas; aut maiori gustu & iucunditate de eisdem alijs sentire, aut recte applicare ad bonorum operum exercitationem. Ex his donis oriri solet mystica spiritus scientia: cuius actus est contemplatio supremae veritatis, ipsius scilicet Dei; ac meditatio Diuinorum eius mysteriorum: quibus multo amplius illustratur lumen fidei, & excelsior Dei Christique Domini nostri, & sui ipsius cognitio obtinetur: quae est radix propriae perfectionis, sita in serueni dilectione & vnitione cum Deo Domino nostro.

Hic etiam opitur tertia scientia ad nostram salutem necessaria: quae consistit in cognitione rerum proprii status & officij vniuscuiusque, siue secularis, siue Ecclesiastici, siue Religiosi: difficile enim eas seruabit, nisi nouerit: dicique poterit de eo quod dixit scriptura de filiis Heli: *b quod essent filij Belial, nescientes Dominum, neque officium Sacerdotum ad populum.* Et per alium Prophetam dixit: *c quia tu scientiam repulisti, repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi; & quia oblitus es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego.* Ex quo Nicenum concilium deducit; indignum esse Sacerdotali statu, & Episcopali munere, qui non habet scientiam necessariam ad satisfaciendum oneri, & obligationi suae. Et vniuersim hos omnes complectitur illa Apostoli maledictio: *d si quis ignorat, ignorabitur*: hoc est, qui negligit ea scire ad quae tenetur: is reijcietur ab eo, negante se illum agnoscere; nec approbante eum vt in caelum ingredi queat,

Ex lumine fidei eiusque donis cum auxilio luminis naturalis, scientia procedit Sacrae Theologiae: quae ex principijs reuelatis, adhibito rationis discursu, infert alias conclusiones spectantes ad mysteria Fidei, & instructionem bonorum morum. Quae scientia, quamuis necessaria non sit cuius Christiano ad suam salutem & perfectionem, ad bonum tamen vniuersale totius Ecclesiae, ac Reipublicae Christianae est necessaria. Nam S. Augustinus dixit: *haec scientia fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur.* Gignitur enim fides salubris in multis infidelibus, nutritur in fidelibus, defenditur ab haereticis; & ita roboratur, vt omnibus fiat credibilis.

Ex Theologia Sacra oriuntur Sacri Canones, qui sunt quasi expeditae conclusiones Fidei, bonaeque gubernationis Regulae ad vniuersale Ecclesiae bonum in administratione Sacramentorum, & Sacrificijs, caeterisque

S Thom. 1.
2. q. 63. a. 4.
Et 2. 2. q. 8
a. 6.

3

b 1. Reg. 2. 12
c Osee 4. 9.

Refertur. c.
omnes dist.
38. Et c. Nisi
cum pridem
de renunc.
S. Bern.
Serm. 36 in
Cant.
d 1. Corin.
4. 38.

4

lib. 14. de
Trinit. c. 1.

5

officijs ac ministerijs Ecclesiasticis. Cōplectuntur etiam leges ac directi-
ones ad iudicandum de litibus & causis inter ipsosmet Ecclesiasticos et
ortis crica ea, quæ ad ipsorum forum spectant: sicut etiam est scientia
legum Ciuiliū, pro gubernatione Reipublicæ secularis.

6

c1. Cor. 12. 8

ibi lectio. 2.
ex S. Aug.
13. de Tri-
nit. c. 2. 2.
q. 77. a. 1.

DENIQUE quoniam industria humana valde sterilis est in actionibus
& exercitijs harum scientiarum circa finem, in quem tendunt: solet Do-
minus noster tres gratias gratis datas communicare in totius Ecclesiæ do-
ninarum bonum: quas Sanctus Apostolus appellat: e sermonem sapien-
tia, sermonem scientia, & interpretationem sermonum. Quæ duo dona in se
continent; alterum intelligendi mysteria cœlestia; alterum (vt S. Tho-
mas ait) eadem explicandi. Et hoc significat, quod Apostolus eas gratis
appellet sermonem sapientia & scientia: hoc est habere donum & talentum
persuadendum alijs veritates Fidei, quæ sunt quasi principia eius: hoc
autem pertinet ad sapientiam: persuadendi etiam reliquas veritates quæ
Theologia ex ijs mysterijs deducit: Et hoc spectat ad gratiam scientia.
Tertia gratia est interpretatio sermonum Dei, donum scilicet intelligendi
ac declarandi Sacram scripturam, in qua verba continentur, quæ Deum
reuelauit, & docuit homines: ad eod enim sunt difficilia & profunda: vt
cœlesti lumine sit opus, ad ea assequenda; & singulari gratia, ad eadem
alijs explicanda.

§. II Scriptura Sacra.

HÆC Sacrarū Scripturarū scientia, & quæ ab ea procedunt, prae-
cipue sunt, in quibus eminere debent omnes operarij Euangelicæ
quemadmodum Apostolus discipulo suo Timotheo significat
his verbis: a memor esto, quia ab infancia Sacras litteras nosti, quare potes
instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. Omni enim scriptura
diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad cor-
diendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Quibus
verbis insinuat S. Apostolus excellentiam, utilitatem & finem Sacrae
scientiæ, quam Ecclesiæ Magistri discere debent.

a 2. Tim. 3.
15.

b2. Pet. 1. 20

NAM Primum Scriptura Diuina summè splendet in veritate ac certitudine rerum quas docet: eod quod reuelatæ & inspiratæ sint à Deo, qui
suprema est & infallibilis veritas; qui nec dici potest, nec nos decipere.
Quamuis enim scriptores eius fuerint homines, ex seipsis subiecti menda-
cacio ac deceptioni: vt tamen S. Petrus dixit: b omnis prophetia scriptura
propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando
Prophetia: sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines. Est enim
Deus ad eod verax, & Sanctus: vt non possit aliquid falsi alijs inspirare, aut
per hominum os aliquid falsi loqui. Ex quo prouenit: vt ad eam bene
intelligendam necessaria sit illustratio & inspiratio eiusdem Domini, qui
illam

illam dicitur. Estque instar clavis scientiæ, qua ille intellectum nostrum aperit ad eum sensum assequendum, quem spiritus Diuinus sub cortice verborum occultauit. Ac propterea in libro Iob dicitur: *in spiratio omnipotentis dat intelligentiam.* Secunda Scripturæ sacræ excellentia est, quod sit vtilissima ad salutem & perfectionem quam quærimus: sacræ enim litteræ (ait) *possunt te instruere ad salutem:* in omni eo scilicet quod iuuat ad eam obtinendam. Ad quod satis est, quod ille sint à Deo inspiratæ: cuius bonitas adeo est immensa, vt docere non possit res prauas, noxias, inuiles, aut vanas: potius de se ipso dicit: *ego Dominus Deus tuus docens te vtilia.* hoc est talia, quæ per excellentiam nomine *vtilium* nuncupentur: conferunt enim præcipuè ad obtinenda bona spiritualia & æterna; fugienda verò mala contraria. SED vltèriùs progreditur eius excellentia, quia nõ solum Sacre litteræ vtilis sunt vnicique pro seipso; sed etiam vt alijs benefaciant. Et hoc nomine tangit Apostolus quinque magnas earum vtilitates, ad aliquem ex quinq; finibus obtinendum. *Primus finis est, ad docendum homines quæcûq;* ad eorum salutem & perfectionem conferunt; ita vt ex ignorantia eam non amittant. Nec solum veritates docet ibi expressas, sed reliquas etiam ad alias naturales scientias pertinentes. In multis enim eas corrigit ac dirigit: nam nisi lumen adesset, quod ipsa Scriptura Sacra nobis præbet, multa iudicarem vera quæ ipsa sunt falsa. *Secundus finis est, ad arguendum,* & conuincendos eos, qui hæreses & errores contrarios sequuntur. In ea enim rationes insinuantur, adeoque efficaciam motiua: vt sufficiant ad eos conuincendos, eorumque inania argumenta dissoluenda: vt constat ex rationibus, quibus Christus Dominus noster arguebat & conuincebat Iudæos; & ex ijs, quas Sanctus Apostolus in suis epistolis adducit contra multos hæreticos & schismaticos. Ac propterea dicit, quod Episcopus *potens esse debet exhortari in doctrina sana; & eos, qui contradicunt, arguere.* In quo genere præstat Theologia scholastica, vt ipsa docet experientia. *Tertius finis est, ad corrigendum* vitia scilicet, & deprehendendos culpæ reos. Nam Scriptura sacra regulas proponit correctionis; & ostendit quænam sint corrigenda; & modum præscribit corrigendi, vt omnes fugiant peccata, & vitent eorum occasiones. *Quartus est, ad erudendum* in iustitia: neq; enim solum docet veritates, quæ intellectu illustrant, sed etiam doctrinam proponit virtutù, quæ voluntatem extimulat ad eas diligendas & amplectendas: adferens omnes titulos & motiua, media & vtilitates, quæ inueniuntur in eis exercendis. Ac denique sententiam suam ob signat dicens: *vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Non enim satis sibi esse arbitratur quamcunque virtutem docere; sed summam omnium perfectionem: vt homo Dei in omni genere bonorum operum, & in exercitio omnium virtutum benè sit instru-

c Iob. 32. 8.

2

d Isa. 48. 17

S. Thomas
1. p. 2. q. 1. a. 2.

c Tit. 1. 9.

ctus, ab infimis vsque ad supremas. Et hoc præcipuè spectat ad supremos Prælatos, Prædicatores, Magistros & Euangelij Ministros; quos Dei homines appellat, eò quod dedicati sint obsequio Dei sui, & ministerijs erga proximos: qui esse debent in omnibus perfecti, perfectionem suam haurientes ex ijs quæ in Sacris Scripturis discunt, quæ scriptæ fuerunt ad efficiendos homines sapientes & Sanctos, & in utroq; eminentes. Nam (vt ait S. Clemens) in ipsa Scriptura Diuina collecta est omnis rerum varietas, quæ in humanis scientijs inuenitur. Rerum omnium origo, in Genesi; Historiæ certissimæ, in libris Sacris Historiarum; Leges & Præcepta, in Deuteronomio; disputationes & occulta naturalia, in Iob; verus & cantus in Psalmis; documenta insignis prudentiæ, in libris sapientialibus: & omnia tendunt ad docendam insignem in virtutibus perfectionem. In quo genere adhuc eminet magis testamentum nouum: quia hominem emulit ad culmen totius Sanctitatis. Hoc significabant *f. duo Cherubim regentes Arcam Testamenti, & se mutuo respicientes versis vultibus in Propitiatorum plenitudo enim scientiæ inuenitur in utroq; testamento, Antiquo & Nouo: quæ mutuo sese aspiciunt (vt ait S. Gregorius) ob magnam concordiam, quam habent inter se in rebus Christi Domini nostri: Prophetam enim vetus Testamentum, quod futurum erat in Nouo; Nouum autem implet, quod Vetus prophetauerat. Magnum autem latet mysterium in eo, quod *g. Cherubini, quos fecit Moyses, essent omnino aures; quos vero fecit Salomon, essent h. ex lignis oliuarum, tecti tamen auro.* Significat enim quicquid Scripturæ Diuinæ dicunt (vt dixit S. Augustinus) eò tendere, vt animabus efficiat charitatem, cum duplici eius actu, amoris scilicet Dei & proximi, per opera misericordiæ, ex ea dilectione orta. Qui autem existimat se sacras ipsas literas intellexisse, nec talem habet charitatem: inde ei est, atque si nullum in eis studium posuisset, iuxta illud Apostoli: *i. si nouero mysteria omnia & omnem scientiam, & habuero prophetiam, nihil mihi cum caream vita illa ad quam hæc omnia tendunt.* Ex quo apparet insignis Sacrarum litterarum præstantia: quarum studium & meditatio efficit homines Dei perfectos in sapientia, sanctitate, charitate, misericordia, & in omni genere operum studiosorum. Illæ enim (vt ait S. Hieronymus) sunt *k. aquæ redundantes* quas Ezechiel vidit fluere ex sancta in & irrigare ligna multa nimis, quæ orant in ripa torrentis: quæ producebant fructus recentes per singulos menses, qui essent in cibum; folia verò eorum ad medicandum. Tales sunt operarij Euangelici, plantati circa aquas redundantes scripturarum sacrarum, quarum continua irrigatione, studio, ac meditatione crescunt in omni genere sanctitatis, sapientiæ; proferentes cum magna excellentia duodecim illos fructus, quos Apostolus: *l. fructus spiritus* appellat. Et præterea proferunt opera misericordiæ tam corporalia, quæ*

Lib. 1. Cõf.
Apost. c. 6.

f. Exod. 25.
12.

Hom. 25. in
Euan. & 6
in Ezech.

g. Exod. 25.
18.

h. 3. Reg. 6.
23. 28.

Lib. 1. de
Doctr. Chri-
stiana. c. 35.
& 36.

i. 1. Corint.
13. 2.

k. Ezech.
47. 2. 7. 12.

l. Galat. 5.
22.

Spiritu-

spiritualia, docendi, exhortandi, corrigendi, & reliqua quæ sunt spirituale animarum alimentum. Eorum autem verba sunt medicinalia & salubria: illis enim medentur multis infirmitatibus spiritibus; præueniunt peccata, & consilia præbent omnibus vtilissima.

§. III.

Scientia naturales & litteræ humaniores.

AD SACRARVM Scripturarum intelligentiam; & actus ad quos illæ tendunt, in quibus eminent scholastica Theologia; multum conferunt scientiæ naturales, nominatim tres illæ præcipuæ, quas vocamus Dialecticam sive Logicam, Physicam, & Methaphysicam: quas antiqui Philosophi in ordinem redegerunt, & tradiderunt: quamvis prima earum origo fuerit Deus Dominus noster: qui, teste S. Thoma has scientias infudit Adamo: vt deducitur ex illo Scripturæ loco, in quo dicitur: *Deus adduxisse cuncta animantia terræ, & vniuersa volatilia cæli ad Adamum, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam anima viuentis, ipsum est nomen eius: nam Adam nominibus suis appellauit cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ: quia omnium nouerat proprietates.* Et ipse Adam has scientias successoribus suis communicauit vsque ad Noe; à Noe autem quasi per hæreditatē deueniunt vsq; ad Abrahamā, & Iacob, qui eas docuit Aegyptios, vbi valde floruerunt; & inde prouenit, quod b. Moyses (vt Sanctus Stephanus dixit) *eruditus esset omni sapientia Aegyptiorum, Astrologia scilicet, & reliquis scientijs naturalibus.* Perpendit autem S. Gregorius Diuinæ prouidentiae consilia: quod voluerit Moysen esse valde eruditum in scientijs humanis: eò quòd illum prælegisset, vt maximè emineret in Diuinis. Et eandē ob causam Isaias fuit prius valde eloquens. Et Sanctus Apostolus *c. eruditus ad pedes Gamalielis, & idem dici potest de d. Daniele & socijs eius qui fuerunt eruditi omni sapientia, & ab infantia edocti litteris ac disciplinis Chaldaeorum: quia statuerat Deus illos exaltare ad alias disciplinas magis cælestes.* Hanc quippe (ait) secularem scientiam Omnipotens Deus in plano anteposuit, vt nobis ascendendi gradum faceret, qui nos ad Diuinæ scripturæ altitudinem leuare debuisset. Ad hoc enim tantum liberales artes discendæ sunt, vt per instructionem illarum diuina eloquia subtilius intelligantur. Ecclesiastici igitur naturalibus his scientijs studere debent, tanquam gradui cuidam, per quem ascendant ad studium sacræ scripturæ, ac Theologiæ; & ad melius capiendas res diuinas & supernaturales. Et in hunc sensum ait S. Thomas, Sacram Theologiam his scientijs vt quasi ancillis: eò quòd intellectus noster talis sit naturæ, vt opus habeat cognitione rerum naturalium, vt ascendat ad ea cognoscenda, quæ naturam excedunt, vt apparet ex multis occultis rerum naturalium, quæ Deus dignatus est Sancto Iob aperire;

Sapient. 6.
22.

1. p. q. 104.
a 3.

a Genes. 1.
19.
Iosephus 1.
Antiq. c. 1.
Euseb. 9. de
Prepar. E.
uang. c. 18.

b Actuum
7. 22.
lib. 5. in 1.
Regum c. 3.
ad finem

c Act. 22. 3.
d Dan. 1. 4.

1p. q. 1. a. 5.

Iob 39. &
sequentib.

c 3. Reg. 4.
13.

& postea Regi Salomoni, de quo refert scriptura quod e disputauerit super lignis à Cedro, quæ est in Libano, vsque ad Hyssopum que egreditur de pariete, & differuit de iumentis, & volucris, & reptilibus, & piscibus. quæ magna sapientia vsus est ad conficiendos libros sapientiales, quos ex Spiritus sancti inspiratione scriptos nobis reliquit, in quem finem etiam disposuit diuina prouidentia, vt in Ecclesiæ initijs conuerteretur ad fidem veri aliquid in his scientijs naturalibus & in rebus omnibus, quas Philosophi & Poetæ gentiles docebant valde insignes: vt conuersi magna suâ eloquentia & eruditione fidem ipsam illustrarent, eamque alijs persuaderent. Quamuis enim libri & Philosophorum doctrinæ multos haberent admixtos errores: semper tamen aliquid boni habebant, quod ad hunc scopum conferret. Hoc totum explicuit Sæctus Augustinus admiranda quadam similitudine: qui Philosophi (inquit) vocantur, si que forte verum & fidei nostræ accommoda dixerunt, maxime Platonici, non solum honoranda non sunt, sed ab eis etiam tanquã iniustus possessoribus in vltimo nostrum vendicanda. Sicut enim Aegyptij non solum idola habebant onera grauia, quæ populus Israel detestaretur & fugeret, sed etiam vasa atque ornamenta de auro & argento, & vestem, quæ ille populus ex egypto de Aegypto sibi potiùs tanquã ad vsum meliorem clanculo vendicauit non autoritate propria, sed præcepto Dei, ipsis Aegyptijs nescienter commodantibus ea, quibus non benè utebantur, sic doctrinæ omnes gentium non solum simulata & superstitiosa signa, graue quæ sarcinas supercane laboris habent, quæ vnusquisque nostrum, duce Christo, de libertate gentilium exiens, debet abominari atque denicare, sed etiam liberrimas disciplinas vsui veritatis aptiores, & quædam morum præcepta vtilissima continent, de quibus ipso vno Deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum & argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis Diuinæ prouidentie, quæ vbique infusa est, eruerunt, & quo peruersè atque iniuriôsè ad obsequium Dæmonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separant, debet ab eis auferre Christianus ad vsum iustum prædicandi Evangelij, vestem quoque illorum, id est hominum quidem instituta, sed tamen accommodata humanæ societati, qua in hac vita carere non possumus, accipere atque habere licuerit in vsum conuertenda. Christiani nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne aspiciunt quanto auro & argento & veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus Doctor suauissimus, & Martyr beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? vt de viuis taceam, quanto innumera biles Græci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est, quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorum.

lib. 2. de Do-
ctrin. Chri-
stian. c. 40.

quem careri imitati sunt, qui scientijs Aegyptiorum fuerunt locupletati. Philosophi enim nescientes quid facerent, preciosa hæc monilia eis offerrebant, quibus postea illi vtebantur ad maius obsequium Christi, cum ad eam conuertebantur. Hæc Sanctus Augustinus, Et idem confirmat S. Gregorius Nissenus: & S. Hieronymus quasdam alias adfert similitudines, respondens calumniantibus ipsum, quod in suis scriptis infereret exempla scientiarum, & secularium Historiarum. Hoc (inquit) est eripere hostibus arma eorum propria, & f. praeidere caput superbi Goliath proprio eius gladio. Hoc etiam est quod in veteri lege Deus iubebat, vt qui vellet ducere in vxorem g mulierem captiuam, curaret vt prius raderet cesariem, & circumcideret vngues: nam abscisis harum scientiarum superfluis, bene poterit iustus eas amplecti; & ex h muliere fornicaria generare, sicut Oseas, *lexa hel*, quod significat scientiam Dei: vtens his artibus & scientijs ad prædicationē, qua generantur adoptiui filij Dei: Quemadmodū ex spinis ait Theodoretus, rose colliguntur, & ex floribus mel, & ex venenatis serpentibus antidota salubria: ita ex libris gentilium possunt magna cautela erui veritates vtilissime, tū ad ipsos infideles cōuertendos, tum ad bonos fidelium mores confirmandos. Hinc enim rabies illa Iuliani Apostatae orta fuit, cum prohibuit Christianos his scientijs studere, huiusmodi libros legere. Aduertit enim ex eisdem libris arripere Christianos arma cōtra ipsos gentiles, quibus etiam fidem nostrorum mysteriorum confirmarent.

Idem multò adhuc amplius confirmatur exemplo ipsius Apostoli Pauli, qui gentilium authorum testimonijs aliquoties vsus est; & nominatim apud Athenienses adduxit sententiam Arati Poetæ, dicentis: *i ipsius enim & genus sumus*. Et (vt notauit S. Chrysostomus) etiam alludit ad illam aiam sententiam: *Iouis omnia plena*. Et ad Corinthios scribens, attulit aiam Menandri sententiam, dicentis: *k corrumunt bonos mores colloquia praua*. Et scribens ad Titum expressiùs allegauit sententiam Epimenidis, quem vocat *l proprium Prophetam Cretensium*, eò quod boni spiritus instinctu depinxisset proprijs coloribus verissimè & ad viuum mores illius nationis, veritas autem vtilis vbicunq; inueniatur (ait S. Ambrosius) est à Spiritu Sancto: ille enim est *m spiritus veritatis*. Ex quo prouenit vt Spiritus Sanctus per huiusmodi veritates, quæ reuera sunt ipsius, etiam si per tales Philosophos prolata; opera fecerit & mutationes stupendas. S. Augustinus refert de seipso quod quidam Ciceronis liber, quo exhortatur ad studium Philosophiæ, ita ipsius affectus ac desideria mutauerit: vt omnes suas orationes in Deum dirigeret, & incredibili feruore inciperet immortalē sapientiam desiderare, relictis inanibus cogitationibus ac desiderijs, quibus antea tenebatur: & hunc fuisse primum suæ conuersionis gradum. Et Iustinus Philosophus reliquit gentilitatem: quia Deus cor

eius

De vita
Moysi,
Epist. 84.

f. i. Reg. 17
53.
g. Deuter.
21. 12.
Epist. 146.
h. O. ea 4.
lib. 1. eff. c. 1.
Græc. ad f.

S. Aug. 18.
Ciuil. c. 52.
S. Greg. Naz.
zian. Oration.
1. contra
Iulian.

i. Act. 17. 28.
ibidem.

k. 1. Corin.
15. 33. ita. S.
Hieronymus & S.
Thomas.
l. Tit. 1. 12.

m. 1. Cor. 2.
n. Ioan. 14.
17.

lib. 9. Conf.
f. c. 4.

n Num. 22.
28.

Ir c. 1. Da-
niel habe-
tur. c. Qui
de mensa.
4. 37.
Homil. de
vitiis capi-
enda ex lib.
Genilium.

Lib. 4. de
Fide c. 18

Epist. 103.

1. Stromat.
c. v. lib. 2. de
Abrah. c. 10

eius permittit lectione cuiusdam sententiæ Platonis. Quod si Angelus loquitur, & docet n Balaam per os asine: quid mirum, quod etiam per huiusmodi authores alios doceat?

Ex his deducitur: licitum esse, imò expedire, vt operarij Ecclesiasticis his scientijs naturalibus studeant, legantque libros Philosophorum, & las tradentium. Nisi enim id licuisset: nunquam (ait D. Hieronymus) Daniel & eius socij in eas incubuissent. Qui enim adeo fortiter egerunt, vt non macularent animas suas cibis delicatis de mensa Regis: etiam abstinuissent ab huiusmodi studijs literarum Chaldaicarum, si existimassent se propterea maculam aliquam contracturos. Imò Sanctus Basilus in quadam Homilia, quam de hoc argumento instituit, ait: quemadmodum tinctores, priusquam perfecto purpuræ colore pannum tingant, alioquinus perfecto eum tingunt: ita ante studium Sacrarum literarum studendum est his scientijs humanis.

Id tamen faciendum est cum magna cautela, separando preciosi vili: relictis scilicet eorum erroribus, & leuitatibus tanquam vilibus, acceptis tantum veritatibus, quas proponunt, quæ sunt preciosæ. Colligendæ sunt rosæ, sed spinis relictis: & quemadmodum apes non volant super singulos flores, sed super aliquos; neque sugunt quicquid mellis continent, sed quod sibi satis est: ita ex huiusmodi libris illud solum est accipiendum, quod sufficiat ad præcipuum finem scientiarum diuinarum, & morum reformationem. Accipiamus (inquit S. Ioannes Damascenus) tanquam periti Trapezitæ verum & legitimum aurum, relicto falso adulterato: & omnia fiant cum debita moderatione, nequid nimis. Debet enim qui illas scientias sibi compararunt, vltimum eligere locum, potius gloriantes se esse sapientes Christianos, quam Ciceromianos, aut Aristotelicos. Ne eis eueniat, quod S. Hieronymo, qui apud Tribunal Dei pernitus dicitur, ob excessum in hoc genere.

Sacra doctrina (ait S. Clemens Alexandrinus & S. Ambrosius) esse debet sicut Sara, præcipua Abrahami vxor; scientiæ autem humanæ, sicut Agar, quæ erat ancilla. Contra omnem enim rationem esset plura facere ancillam, quam ipsam Dominam; & plus temporis expendere cogendo cum viliori, quam cum preciosiori: hæc esse debet quasi parua & alimentum præcipuum; altera illa, quasi additamentum. Nam, S. Basilus dixit: sacra scientiæ sunt quasi fructus arboris; humanæ verò quasi folia: quemadmodum autem folia sunt etiam necessaria ad arboris ornamentum, & pulchritudinem, & ad conseruandos fructus: ita literæ humaniores ornamentum & splendorem quandam adferunt Diuinis, eoque ueritate ac explicant. Speciatim tamen inter scientias & artes humanas Eloquutio est magni momenti pro Magistris & Prædicatoribus Ecclesiæ: accip-

endo hanc prædam ab Aegyptijs, malè ea vtentibus, ad suas vanitates & fraudes pe: suadendas. Nam (vt ait S. Augustinus) quando sapientiæ cõ- iungitur Eloquentia, vtraque est efficacior ad docendum, persuadendũ, & permouendos Auditores. Et quemadmodum Eloquentia absq; scientia nõ est vtilis, & interdũ potius noxia: ira scientia absq; Eloquẽtia prodest minus, ad iuuãdos alios. Et ipsamet sacra scriptura magnã habet eloquentiam proportionatam grauitati loquentis: & ipse Apostolus dixit de se: *oro et si imperitus sermone, sed non scientia*: & iterum: *proloquimur non in doctri- na humane sapientiæ verbis*: quem tamen rara quadam ac singulari eloquẽtia à Diuino spiritu dictata locutum esse fuscè probat S. Augustinus: & idẽ dicit de alijs Prophetis. Eadem etiam Eloquentia valde eminenter eluxit in multis Sanctis Ecclesiæ Latinæ & Græcæ; qui non minus sapientes, quã eloquentes magnum fecerunt fructum suis concionibus & rationibus. Vt autem captiuam hanc quis ducat: necesse est, iuxta legis præscriptum, radere cæsariem eius, & vnguẽs abscindere multarum superfluitatum, quas inter gentiles Oratores habet, eamque Oratoribus Christianis accommodare.

Denique S. Apostolus (vt aiunt Origenes & S. Hieronymus) attulit gentium Philosphorum sententias & dicta, *sanctificans profana & faciens Ecclesiastica*. Quare quicumque naturalibus scientijs & artibus ac literis humanioribus studere vult: debet eas sanctificare & reddere Ecclesiasticas, dirigendo eas in eum finem, quem Ecclesia intendit: & in eam sanctitatem quam illa quærit, & Sancto ac perfecto illo modo, quo sacris literis studendum est: de quo in proximo capite agetur.

Lib. 4. de
doctr
Christ. c. 5.

12. Cor.
11. 9.
1. Cor. 2. 1

Supra c. 7.
et sequens.

Homil. 31.
in Lucam
Epi. 8.

CAPVT II.

CHARITAS ET STUDIO SITAS DONVM QVE
Sapientia multum conferunt ad studendum scientijs
cum perfectione

S. Thomas
1. 2. q. 66. a. 3



QVAMVIS SCIENTIÆ IN SE IPSIS EAM EXCEL-
LENTIAM habeant, quam diximus: & nobilitent po-
tentiam hominis præstantiorem, hoc est intellectum:
maior tamen earum nobilitas & præstantia in hac vita
eis prouenit ex adiuncto secũdo talento virtutum, qua-
rum finis & scopus est perficere voluntatem, & liberum
hominis arbitrium in omnibus suis operibus, & in ipso exercitio studen-

di, discendi que scientias, aut eisdem utendi, postquam sunt iam comparata. Scientie enim reddunt hominem sapientiam; virtutes vero faciunt sanctum: neque Deo placebit, aut finem suum ultimum consequetur, quod sapiens sit, sed quod sit sanctus. Ac propterea semper Deus, quod in se est optat (ut Tomo secundo est dictum) scientias non inueniri solat. Cum Deus Angelos & Adamum creauit, non solum scientias sed virtutes etiam eis infudit, quæ essent pulchritudo & ornatum ipsarum scientiarum. Ac propterea Ezechiel loquens de quodam insigni Sapiente, in figura primi Angeli, quem vocat Cherubin, ob scientiæ plenitudinem, dicit de eo: *a omnis lapis preciosus operimentum tuum, & in medio lapidum ignitorum ambulasti.* & statim recenset nouem præcipuos, in quibus significantur omnes virtutes, & insignes earum effectus igni igne Charitatis, quæ omnium est Regina; & quæ præcipue communicat modum perfecte sciendi, ut expressè dixit Apostolus: *b scientia inflat, charitas uero edificat. si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire.* Qua sententia, teste S. Thoma, docet Apostolus: ingentem se quasi multas habeat scientias & plurima nouerit, non tamen habentem charitatem, nescire modum, quo oportet ipsum scire qui modus ab ipsa proficiscitur Charitate. Qui enim aliquid scit absque ipsa, ipsa scientia intumescit, & neque se edificat, nec proximos: scientia enim illum inflat tanquam utrem, qui uidetur esse uino plenus, & nihil tamen nisi uentum continet. Charitas autem implet spiritum cum plenitudine uerorum donorum, omnium que uirtutum supernaturalium, quibus homo perficitur ad sciendum sicut oportet.

§. I.

IN PARTICVLARI autem Charitas utitur duabus uirtutibus in quibus oribus ad finem & scopum suum obtinendum, *altera* est uirtus, quam Sanctus Thomas *studiositatem* appellat: cuius munus est impellere nos ad ea discenda, quæ nobis expediunt; & eo modo, eum que in finem, qui magis expedit, iuxta dictamen rationis, fidei, ac prudentiæ Christianæ, illustratione Spiritus Sancti adiutæ. Ac propterea continet ac reuocatur inordinatum appetitum desiderium que sciendi, quod serpen. Eius suggestio, cum dixit: *a quocunque die comederitis ex hoc ligno, eritis sicut serpentes bonum & malum.* Quo sermone tres insignes errores ei suggestio *primum*, ut non solum sciret bonum & utile, sed etiam prauum & nocuum, cum affectu inordinato; *secundum*, ut media mala ad id adhiberet, comedendo scilicet de ligno scientiæ, quod erat illi à Deo; prohibendum *tertium*, ut finem sibi proponeret superbiam, qua uellet tali scientiæ esse

Tract. 1. ca
10

a Ezech.
28.13.

b1, Cor. 8.2.

2. 2. q. 166.
q. 167.

a Gen. 3. 5.

sicut Deus. Ad hos tres errores impellit Sathanas vt plurimum eos, qui descientijs acquirendis agunt: virtus tamen studiositatis eos mortificat, & impellit, vt solum discant bona, & vtilia, & statui & capacitati cuiusque conformia, nec permittit curiosè inuestigare occulta Dei: nã b qui scrutator est *Maisestas*, opprimetur à gloria, neque decet, velle scire, quod Deus noluit manifestare: sed seruanda est regula Apostoli dicentis: *non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*: nec permittit studere rebus omnino impertinētibus, & d *superuacuis scrutando* (vt ait Ecclesiasticus) in eis multipliciter, consumendo inutiliter tempus, quod esset in alijs rebus vtilioribus expendendū: fertur enim S Hieronymum punitum à Deo fuisse, eò quod multum temporis poneret in Cicerone, & Poetis ethnicis euoluendis: nec se applicaret iuxta Dei voluntatem ad studium sacrarum scripturarum. Sed quoniam non satis est, quod ipsa scientiæ sint bonæ, si media, quæ ad eas discendas adhibentur, sunt mala: *studiositas* impellit ad accipienda media licita & conuenientia: nullo autem modo ad illicita aut periculosa. Expedi enim *hæc vno oculo, hoc est paucis scientijs in vitam intrare: quam duos oculos habentem mitti in gehemam ignis*, plenū scilicet multis scientijs per mala media comparatis. mala dicimus omnia illa quæ sunt contra aliquod præceptum Dei, aut eius Ecclesiæ, aut contra proprii status obligationem.

Sed quoniam non sufficit, vt media ex se bona, si malè applicentur: impellit etiã hæc virtus ad bonum sciendi modum. Quæ S. Bernardus ait consistere in tribus rebus: vt *scias quo ordine quo studio & quo fine scire que que oporteat*. *ordo* consistit in eo, vt id *primus aggrediaris, quod maturius tibi est ad salutem*, qualis est cognitio Dei cuique ipsius & rerum ad tuum statum spectantium. Absque hac enim scientia reliquæ parum profunt, iuxta illud Sapientis: *vari sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei*. Quid enim tibi proderit omnia scire, nisi scias animam tuam saluam facere: & illam cognitionem habere, quam Christus Saluator noster dixit, *esse vitam æternam*? In ipsis quoque scientijs suis inuenitur ordo, principiorum, mediolorum ac finium; & aliæ sunt necessarius transitus ad alias: nec bene addisci possunt hoc ordine nõ seruato: ita vt quisque se humiliter ad classem Minimorum & Minorum, antequã ad Mediorum vel Maiorum Classem ascendat. Propterea enim *l Sapientia Diuina paruulos inuitat, vt ad se veniant*: per paruulos enim intelligit humiles; qui non dedignatur à primis Rudimentis sicut infantes incipere Studium siue affectum, quo studendū est, ait S. Bernardus in eo consistere, *vt id ardentius quæras, quod efficacius est ad amorem, Dei scilicet et ac proximorum*. Cùm enim Charitas præcipuus sit finis scientia, vt iam est dictū: ita scientia est præferenda, quæ magis fouet Charitatem

M m m

Ex

I

b Prouerb.
25. 27.

c Rom. 13. 3

d Eccl. 3. 2. 4

2

h Mat. 18. 9

3

Serm 41. in
Cantica.

i Sap. 13. 1.

k Ioan 17. 3

l Prou. 9. 4.
& c. 8. 5.

n 1. Cor.
6. 12.

S Bern ser.
in id Beatus
homo qui
inuenit sa-
pientiam.

c. 2. de Cael.
Hierar.

a Iacob. 3. 17

Ex quo apparet tali affectu & moderata affectione studendum esse, ut spiritus non absorbeatur, neque aliarum virtutum exercitium impeditur, aut causa sit non satisfaciendi alijs obligationibus: hoc enim est esse scientie mancipium, non Dominum, contra illud Apostoli: *in omnia uolunt licent, sed ego sub nullius redigar potestate.* quasi dixerit: etiam si res sint bonæ, nolo tamen eas passione aliqua, & affectu tractus facere; sed cum libertate spiritus, ratione ducti. Dæmon enim astute homines ligat triplici vinculo: quosdam ferreis compeibus, alios argenteis, alios aureis vinculis. Cupidos & auaros capit & ligat cupiditate bonorum temporali ac terrenorum; literatos & curiosos, inordinatis varia sciendi desiderijs, spirituales ac pios viros, vehementibus rerum bonarum affectibus, in quibus quærunr seipsos, propriasq; delectationes. Quando autem desiderium est inordinatum, nõ est absque graui detrimento, etiam cum res desiderata est bona: non enim minus progressum impediunt argenteæ, & aureæ compedes, quàm ferreæ; nec minus impeditur oculorum prospectus obiecta lamina aurea, quàm cuprea. Et quemadmodum vnaqueque virtus compedes confingit à quibus impeditur: ita *Studiositas* conterit compedes argenteas, & *Charitas* aureas: mortificando quamcumque inordinatam affectionem, impediens libertatem spiritus, cuiusque operis quietem.

Quod autem studium scientiarum quasi obsignat ac perficit, est eius **F I N I S.** Aliqui enim, ait idem Sanctus, student tantum ut sciant: quæ est curiositas; alij, ut alijs innotescant: & hæc est vanitas; alij, ut quod nouerunt, vendere possint: & hoc est vile lucrum; alij ob profectum & utilitatem propriam: & hoc est prudentia; alij denique, ut alijs etiam proficiant: & hæc est Charitas. Tres priores fines vitiosi sũt, & inordinati: quartus est bonus, sed quintus est perfectus, ac proprius operationum Evangelicorum, aut studentium, ut talis sint: proponentes sibi tanquam scopum suæ scientiæ excellentiam charitatis; eiusq; ad nos illos nobiles & egregios actus amoris Dei ac proximi: conantes sequi consilium à S. Dionysio dictum S. Timotheo: *diuina discendo, diuinus efficere.*

S. II.

AD ID totum multum iuuat donum Sapientiæ cælestis: cuius proprietates refert S. Iacobus Apostolus, ad nouem eas reducens significatas per nouem preciosos lapides Cherubin, quorum paulo ante mentionem fecimus; & in his consistit etiam modus cuius magna perfectione sciendi. Ait itaq; sic: *a quæ de sursum est Sapientia, primiti quidè pacifica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis cõsentiens, plena misericordia*

fructus boni non iudicans, sine simulatione. Sapientia descendens à Patre
 luminū primū est *pudica*, cū perfecta corporis & animæ castitate, & cū
 mundicie cordis, cui promittitur visio & cognitio Dei: luxuria enim teste
 S. Gregorio, cæcitatem adfert intellectu, inaduerentiam, præcipitati-
 onem, & mutabilitatem; & inhabilem reddit hominem ad actus scientiæ
 & prudentiæ. Nam, vt Sapiens dixit: *in maleuolam animam non introibit
 Sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Deinde est *pacifica*, stu-
 dens, quantum in se est, pacem cum proximis habere, non resistendo eis,
 nec eos absque ratione turbando; cor etiam suum pacatum tenendo, &
 reprimendo omnes affectus iræ, contentionis, & furoris, qui turbant o-
 culos rationis; nec sinunt attendere ad cognitionem veritatis. Terriò est
modesta, siue discat, siue doceat, siue proponat quod sentit: seruans modū
 conuenientem in rebus omnibus, debet autem scilicet moderatio est iuxta illud
 Apostoli superius allatū: *sapere ad sobrietatem.* Quam modestiam osten-
 dit in verbis & rationibus, & in omnibus exterioribus moribus: quam
 tenet, siue legat, siue disputet: ita vt nihil admitat, quod à gravitate &
 quiete conueniente degeneret. Quartò est *suadibilis*, hoc est facile per-
 mittit sibi persuadere à ratione, per quemcunq; illa proponatur. Sapiens
 enim non est pertinax in suo iudicio, neq; ita ei addictus, vt non cogitet
 se facile posse errare: est que paratus doceri & corrigi ab alijs. Quintò est
bonis confertens & addicta, & gloriatur, quod illis associetur, eos imite-
 tur, quando expedit etiam eos consulat; nec dedignatur eorū consiliū
 sequi; etiam si illi sint simpli es; oblectatur, ac delicias reputat cum eis
 conuersari; fugiens prauos, qui suorum vitiorum scabiem ac deprauata
 consilia ipsi communicare possent. Sextò est *plena misericordia*: Compati-
 tur enim ignaris & rudibus, omnibusque peccatoribus, sese que accom-
 modat ad eos docendos, & corripiendos: vt à suis miserijs eos eruat. Di-
 citur autem esse *plena*: quia nec odorem quidem admittit duriciæ, aut
 crudelitatis in proximum; sed viscera induit misericordiæ, vt ei subue-
 niat. Et similiter plena est *fructibus bonis*: quia omnino detestatur otiosita-
 tem, & sterilitatem; gaudet verò, quod producat copiosos iustitiæ &
 sanctitatis fructus, ad gloriam Dei, Ecclesiæ ædificationem, & utilitatem
 plurimorum. Octauò *non est iudicans*: continet enim se est que valde cir-
 cumspecta & moderata in suis iudicijs, consilijs ac decretis: neminem
 vult temerè iudicare, aut condemnare, aut malè de aliquo, absque suffi-
 cienti causa, suspicari. Est denique *sine simulatione*, duplicitate, aut frau-
 de: nunquam aliud dicit, & aliud sentit, vt faciunt mendaces; aut fingit
 intentionem aut sanctitatem, quam non habet, sicut hypocritæ; nouit
 enim *b. simulatores & callos* (vt habetur apud Iob) *prouocare iram Dei*: qui
 veritatem, & candorem in suis fidelibus valde diligit, cupitque, vt qui
 sciencie sunt, de eisdem glorientur; ac sese nouem hisce pretiosis lapi-

M m m 3 dibus

I
 Lib. 3. Mo-
 ral. c. 31.
 S. Tho. 2. 2.
 b. 1. 54.
 a. 1. Sapi. 4.

2

3

4

5

6

7

8

9

b. Iob. 36. 31

2. 2. q. 4. a.
1. ad 2. q.
a. 4.
c. Inco. 3. 17

in c. 8. 1. Cor
Le. 11. 1.

dibus exornent, accendentes eos igne charitatis, à qua omnes sumunt
cipiunt splendorem, & in cuius societate (vt ait S. Tho.) semper adhibetur
pientia, quæ donum est Spiritus S. quam S. Iacobus ait, *c. de desiderio de celo*.
Sed eadem perficitur Sapientiâ, quæ industriâ nostrâ acquiritur: modo
dò tamen prædictæ nouem eius proprietates retineantur: quibus Sapiens
redditur Sanctus, scietque vt Christi discipulum scire oportet.

Addamus huic præclaram aliam explicationem, quam Doctor An-
gelicus exhibet Discipulis ac Magistris: ad sciendum sicut decet, non so-
lum vt homines, sed vt Angelos: assignatque nouem alias conditiones
ue circumstantias, his verbis: Vt aliquis sciat vt oportet, nouem sunt ne-
cessaria. vt sciat *humiliter* sine inflatione superbiæ; *sobrie* ac modeste sine
præsumptione temeraria; *certitudinaliter* ac firmiter sine hæsitacione in
rebus Fidei, non se implicando dubijs aut perplexitatibus; *veraciter* & lo-
ne errore in sentiendo, & loquendo; *simpliciter* in intentione: vt non cum
duplicitate aut deceptione agatur; *salubriter* cū charitate ac dilectione
studio salutis propriæ; *utiliter* attendendo proximorū ædificationi; *liber-
liter*, cōmunicādo scientiam suā alijs gratuito, absq; inuidia & tenacitate;
efficaciter, coniūgendo, vbi opus est, scientiā cū bona operatione. Huius
nouem circumstantiarum utilitates sunt magnæ: Nam *humilitas* sciētiam
arguit sapiētes superbos; *sobritas* curiosos; *certitudo* dubios, ac perplexos;
veritas hæreticos; *simplicitas* cautos & callidos; *salubritas* magnos, & cele-
tos; *utilitas* iniquos, & proprij commodi amatores; *liberalitas* auaros &
ambitiosos; *efficacitas* otiosos, & desides. Hæc S. Thomas, quo nomine
dignus est cognomine Angelici Doctoris: vt qui nouit in seipso
coniungere, & alios docere tantam scientiæ celsitudinem
cum tanta sanctitate, quantam in his nouem con-
ditionibus proposuit.



CAPVT III.

SEX MEDIA AD STVDENDVM VTILITER;
& alia virtutes ad idem iuuantes.

SIX DACTIS IN PROXIMO CAPITE DEDVCERE licet media, quæ Magistri ac discipuli adhibere debent, vt quantum in ipsis est, studeant ac sciant, sicut oportet. Hoc præmissio, quod quamuis magnus a Deo noster tanquam *Scientiarum Dominus* & b *Pater luminum* ex peculiari priuilegio aliquando infundat scientias per seipsum absque humana industria ijs, qui futuri sunt insignes Magistri ac Ministri in conuersione animarum; sicut fecit cum Apostolis: lege tamen ordinaria non eas communicat, nisi adhibita humana industria; & præueniens suos electos (vt in Tomo 2. dictum est) c *ab ipsa infantia*: (quæ ætas aptior est ad discendum) tribuens eis ingenium, capacitatem, applicationem, & talentum ad eas scientias, quæ magis conueniunt statui & officio, quod illis imponere constituit. Hæc autem industria sex media complectuntur, tria quidem, quibus anima disponitur, vt Deus illam suæ scientiæ lumine illustret; alia tria, quæ sensim comparantur. *Primum*, & quasi ipsius studij fundamentum, debet esse *pura & sancta intentio* quam diximus. De ea enim dixit Saluator: d *si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit*. Quemadmodum enim oculi hominem dirigunt, ne in suis gressibus impingat: ita pura intentio obliquis finibus exuta, scientias dirigit ad fines sanctos, in quos illæ tendunt: quam intentionem Deus remunerat, purificans ipsum intellectum, & illustrans, vt veritatem, quam inquirat, inueniat & assequatur: iuxta illud Isaïæ: e *quem docebit Dominus scientiarum? quem intelligere faciet auditum? Ablatatos à lacte, auulsos ab vberibus*, illi enim non quærunt bona delectabilia huius vitæ, sed animæ spiritualia.

Ex quo oritur, vt *Secundum* medium valde aptum & efficax ad scientiam comparandam sit *obediencia* diuinorum mandatorum: vt qui studet sequatur consilium ac directionem diuinæ voluntatis in ipso studio, & in rebus cæteris. Scriptum enim est: f *Fili, concupiscens sapientiam, conserva iustitiam, & Deum præbebit illam tibi*. significat enim (vt S. Gregorius interpretatur) precium, quo scientia apud Deum comparatur, esse obedientiam. Ac propterea dixit Dauid: g *bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me; quia mandata tua credidi*: nec solum fide credidi, sed opere ipso sum executus: obedientia supposita, *tertium* medium ad sciendum vt oportet, est *oratio*, quæ obtinet à Deo lumen, quo intellectus illustratur. Ac propterea S. Iacobus Apostolus dixit: h *si quis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluentem*: modò postulent, vt oportet. Et ipsa experientia

a 1. Reg. 2. 3.
b Iacobi 1.
17.

Tras. 10.
10.
c 2. Timot.
3. 15.

I
d Matt. 6.
22.

e Isaia. 28. 9

2

f Eccl. 1. 33
lic 4. Mo-
pal c 28.
g Psal 118
66.

3
h Iacobi 1. 5.

perientia

i. Eccl. 3. 96

pericietia Sanctos docuit: ad scientiam comparandam non esse minus efficaciæ & proportionatum medium *orationem*, quam ipsum studium. Ac propter: a aliqui ipsi studio inferebant orationes iaculatorias, occasione accepta ex ipso argumento cui studebant, ad aliquos admirationis & gratitudinis affectus: aut humiliationis ob suam propriam ignorantiam excitandos: aut breues aliquas petitiones faciendas: aut minimum non inchoabant ipsum studium, quin præmitterent aliquam orationem: quæ admodum faciebat S. Thomas Aquinas. Hoc consilium dedit Ecclesiasticus Sapientiæ studioso, varijs illam medijs quæretî: dicens de eo quatuor egregias circumstantias ad hoc propositum. *Prima: i cor suum trahat ad vigilandum diluculo ad Domuum qui fecit illum; & in conspectu altissimi deprecabitur.* Qua sententia commendat vsûm orationis mentalis, quæ fit cum quis se alacriter collocat in præsentia Dei, cui offert cor suum cum inflammatis affectibus amoris: hæc enim affectuosa meditatio plurimum disponit ad speculatiuam meditationem ipsius scientiæ: & emollit cor, quod studio ipsius ariditate consumatur. *Secunda circumstantia est: aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur.* hoc est, etiam vocales adhibebit orationes, quæ iuuant ipsas mentales: petetque Dei dona, & nominatim veniam peccatorum: quia nouit quantum detrimenti illa adferat, & impediant cognitionem Diuinorum mysteriorum, & consecutionem veræ Sapientiæ: quæ dedignatur intrare in animam suis peccatis addictam. Ac propterea multum refert, se ab eis purificare penitentiâ & oratione, vt donorum Dei impedimentum remoueat. Statim autem *tertiam* subiungit circumstantiam, fructum huius orationis, dicens: *si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit eum*, hoc est valde copiose eum illi largietur: quia est magis in omnibus rebus suis, eiusque liberalitas est immensa. Dicit tamen *si voluerit*: vt intelligatur, donum hoc præcipue à Dei voluntate dependere, qui est scientiarum Dominus: & quia hæc gratiæ gratis datæ, quæ non semper omnibus conueniunt: ac præpetuè petendæ sunt sub conditione: Si expedit illas acquirere, ad gloriam ipsiusmet Dei. *Quartam* addit circumstantiam fructum scilicet securitatis, si Deus orationem exaudiuerit: & ipse (inquit) *tanquam in vres emittet & loquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Domino*: nã quemadmodum nubes pluuiam dimittit: ita hic loquitur verba sapientiæ, quæ ostendit precipue laudando Deum in sua oratione: atq; si diceret: nō se exhibebit in gratum ob scientias sibi communicatas, sed magnas reddet largitori gratias. Et quemadmodum ante eas in oratione petebat: ita nunc in oratione ipsū propter eas laudabit, & in ipsomet studio, & vsu scientiæ non obliuiscetur orationis: sed in ea offeret affectus amoris & gratitudinis. **Oratione** præmissa, sequuntur tria industriæ nostræ media, quæ sūt *audire, &*

gere & meditari. Primum itaque est audire bonos Magistros: qui enim de-
dignatur esse discipulus hominum, euadet (vt ait S. Gregorius) Magister
errorum, dirigens se proprio suo iudicio, quod est illorum seminarium.
Ac propterea Salomon dixit: *k. audiens sapiens sapientior erit.* Et ipse Chri-
stus Dominus noster aeterna Sapientia *l. cam esset annorum duodecim,* (qua-
eratae incipiunt scientiae comparari) collocavit se *in medio Doctōrum au-*
diens illos, & interrogans eos, quasi ab eis aliquid disceret: quo exemplo
docuit nos modum discēdi, eligentes tales Magistros, vt potissimum sicut
Apostolus dixit Timotheo, memores esse *m. à quibus didicerimus: & glo-*
riari, quod eos habuerimus Magistros, vt eorum memoria nos animet ad
perseuerandum in eo quod didicimus, & ad procurandas eas sapientiae
ac sanctitatis dotes, & qualitates, quae in hoc Tractatu proponuntur.

SED quoniam Magistri non possunt semper omnia docere, accedit se-
cundum medium, quod est *legere* bonos libros, qui sunt Doctores & Ma-
gistri muti, qui nunquam defatigantur docendo, habentque autho-
ritatem scriptorum authorum & scriptorum: qui suo tempore insignes fuerunt
Magistri, & hoc officium faciunt continuè per libros suos, & ipse Deus
idem per illos praestat. Hæc duo media valde se mutuo iuuant: non e-
nim sufficit liber, nisi adsit vox illum explicans, sicut n. *Eunuchus* dixit S.
Philippo: neque viua vox ita memoriae manet impressa, vt opus non sit
eam ex libro renouare. SED neque vtrumque sufficiet, nisi accedat vlti-
mum quod est *meditari* & ruminare audita & lecta, vt melius intelligen-
tur & penetrētur. Ac propterea cum Salomon dixisset: *audiens sapiens*
sapientior erit, statim subiunxit: *intelligens* quod audiet, scientiam conse-
quatur: *o animaduertet & parabolam, & interpretationem, verba sapientum, &*
anigmata eorum. Et Christus Dominus noster loquēs de quadam Prophe-
tia dixit: *p. qui legit, intelligat:* nisi enim intelligere studeat, lectio ipsa erit
inutilis. Et Apostolus cum monuisset Timotheum, vt attenderet lectio-
ni factorum librorum, adiecit: *q. hac meditare, in his esto,* ita studiosè illis at-
tendens, vt bene ea capias, ac possideas. volēs significat: audientem aut
legentem debere esse sicut animal ruminās, quod primum veritates col-
ligit, & postea bene eas cogitans & considerans conterit & digerit: vt tā-
quam Dominus eas possideat. quæ studendi ratio, etsi carni sit difficilis,
quia (vt ait Ecclesiastes) *r. frequens meditatio carnis afflictio est.* Ac propterea
l. qui addit scientiam addit & laborē virtus tamē studiositatis (vt ait S. Tho.)
has superat difficultates, & huiusmodi tædia aufert, voluntatem impel-
lens, vt hanc carnis alienationem, ac repugnantiam fortiter vincat: quia
ratio id dicit, Deus id vult, & conditio eius status id iure quodam
exigit.

PRÆDICTA media docuit Ecclesiasticus, aduertendo quaedam par-

Tom. 4.

Nnn

ticularia:

Lib. 1, Dia
log. c. 1.k. Prover. 15
l. Luc. 2. 46m. 2. Tim. 3
15

5

n. Aluum 8
34.

6

o. Prover. 1.

p. Matt. 24.
15.q. 1. Timos.
4. 13.r. Eccles. 12.
12.s. 1. 13. 12.
q. 166. a. 2.
ad 3.

Ecc. 39. 1.

icularia, ait enim: t *Sapientiam omnium antiquorum exquirat sapiens, & in Prophetis vocabit, sacris scilicet Scriptoribus: quorum antiquitas tanta est, ut per excellentiam nomen antiquorum promereantur: & præterea sunt locuti quasi Prophetæ, ex instinctu Spiritus Sancti verba illis dicantur. Et sciendi cupidi scientiam quærant in libris illorum. Utitur autem vocabulo illo: vacabit, ad significandum, eum rejicere debere omnes alias occupationes, & huic soli se addicere, si inuenire velit, quod optat.*

u Ecc. 38. 25.

ptū est enim: u *Sapientia Scribe acquiratur in tempore vacuitatis: & qui moratur actu, & externis occupationibus, sapientiam percipiet. Addit præterea in hoc consilio & documento Ecclesiasticus: si sciētiam acquirere velis, ac sis contentus scriptoribus modernis: sed ad sapiētie fontem accedas, hoc est antiquos: neque delecteris Iuniores audire Magistros, sed potius gaudes audiendo seniores, qui ut plurimum sunt sapientiores. eō quod multa viderint, audiuerint, egerint, & experti sint. Ac præterea dicit*

x Job 12. 22.

y Daniel 2. 9.

Job: x *in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Ac præterea Daniel Deum appellat y antiquum dierum, quia apparet canus: ad significandam æternitatem & immensitatem suæ sapientiæ, quæ esse solet propria seniorum. Sed quoniam non omnes seniores sunt eminentes in*

z cap. 39. 3.

ris, addit Ecclesiasticus: z *narrationem virorum nominatorum conseruatis, in versutias parabolarum simul introibit. hoc est non fides proprio iudicio ac discursui in intelligendis Diuinis scripturis, & scientiarū arcanis: nec erit contentus Commentarijs ac declarationibus cuiusuis Magistri, sed eliger nominatissimos in Ecclesia, qui in ea fuerunt, & sunt luminarij, qui nunc præ alijs nominantur, quorum auxilio accedet ad legē dum penetrandum parabolæ, ac sententias librorum sacrorum. Hic fuit semper Spiritus Sanctorum (quem sexta Synodus valde cōmendat) quibus*

Sexta Synodus c. 6.

Habetur in

Breviario

in Officio S.

Greg Nazian.

aa Job 32. 6.

vt scribitur de S. S. Basilio & Gregorio Nazianzeno: quod Sacris Scripturis studuerunt, illarum sententiam non ex proprio ingenio, sed ex maiorum ratione & authoritate eas interpretantes. proprium enim est iuuenum, quæ sua eruditione euanescent, id quod dixit Eliu cōtra socios suos, amicus Job: aa *Iunior sum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demisso capite, peritus sum vobis indicare meam sententiam. Sperabam enim quod etas prolixior inquireretur, & annorum multitudo doceret sapientiam: sed, ut video, spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longam sapientes, nec senes intelligunt semper, quodnam sit iustius iudicium. Placuit enim iuuenis ille sapiens, sed superbus, contemnens socios suos seniores: cuius sententia et si bonum habeat sensum, quia sapientia non tam dependet ab annis quàm à spiritu & inspiratione Dei dante illam etiam iunioribus aliquando sicut dedit Danieli: quia tamen id rarum est, non debent*

peti

peibi & temerarij occasionem hinc accipere, ad seniores contemnendos, quibus diuina prouidentia vt plurimum sapientiam largitur, & auctoritatem ad eam docendam. Ac propterea dixit Moyfi: vt congregaret septuaginta viros de senibus Israel: *bb quos tu, inquit, nosti quod senes populi sint ac Magistri*: qui scilicet Magisterio coniungerent senectutem, quae magnam adfert auctoritatem.

bb Num.
11.16.

SED quoniam non sufficit Magistri excellentia, nisi in discipulo adsit acumen ingenij, addit Ecclesiasticus: *occulta prouerbiorum exquirat, & in absconditis parabolarum conuersabitur*, hoc est non erit contentus studere, & intelligere rem tantum in superficie; sed meditatione penetrabit vltra corticem verborum, & prouerbiorum: donec spiritum intelligat sub eis latentem; & proferat in lucem radices, causas, effectus & rerum proprietates: & omnia bene possideat.

DENIQUE cupidus sciendi, *in terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in omnibus tentabit*. Cum enim non semper tales Magistros in Patria sua habere possit: illa deferta, etiam paternam domo, peregre proficiscetur ad vniuersitates & scholas, in quibus excellentes inveniuntur omnium scientiarum Magistri, sicut *cc Regina Saba* a valde remota Regione venit vt audiret sapientiam Salomonis: & S. Hieronymus ex Dalmatia venit Romam. & inde in Galliam, & inde Constantinopolim, vt quaereret optimos Magistros, qui essent in Ecclesia. Quoniam autem in hac Magistrorum & nationum varietate continget bona & mala esse permixta, *in omnibus*, inquit, *tentabit*: vt quod bonum est accipiat; abiciat vero quod est malum. Imò etiam *terram alienigenarum gentium pertransiet*, hoc est lustrabit libros gentilium authorum, ex quibus, vt dictum est, feliget quod pretiosum est; & reijciet, quod est vile, & noxium.

cc 3. Regum
10.1.

(.:.)

(.:.)

CAPVT I V.

QVAM UTILITATEM IN ECCLESTIA ADFERANT viri docti & Sancti; & quantum detrimenti improbi, & quo modo & ratione eis accedendum ad sua munia.



VI SCIENTIARVM PERFECTIIONEM SVNT CONSECUTI, easq; cum virtutibus, sicut diximus, coniunxerunt: digni sunt officijs, ad quæ illæ diriguntur: quia poterunt ea exercere cum utilitate Reipublicæ & proximorum, & absque proprio detrimento. De talibus enim intelligitur, quod Spiritus sanctus dixit: a multitudo Sapientum sanis est orbis terrarum: quatenus scilicet uant ad obtinenda, conseruanda, augenda ac perficienda omnia genera sanitarum, quæ possunt hominibus competere: sanitatem scilicet corporis & spiritus; moralem & politicam; ac supernaturalem & diuinam: ipsam æternam salutem, quæ finis est omnium. Multitudo medicorum sapientum iustorum est salus terræ: nam arte sua infirmos sanant, & nos præseruant à morbis. Ac propterea Deus iussit eos honorare b d i p l i n a m e d i c i n e (ait Ecclesiasticus) exultauit caput illius, & in conspectu Magnarum collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. Etiam multitudo Sapientum peritorum iuris Canoniciæ Ciuilis, si innitatur sanctitati & iustitiæ, est Reipublicæ salus: conseruant enim eius pacem, reparant iniurias illatas, ac discordias componunt: ut ciues bene inter se conuenientes, obtinere possint concordiam charitatis cum Deo, & cum proximo, qui est finis officij eorum. Multitudo Theologorum Sapientum, ac Sanctorum est Salus Ecclesiæ: nam suis Ministris eam tuentur, resistunt furie hæreticorum, & auxilium præstant ad salutem & perfectionem animarum. Et tunc Ecclesia floret, cum in ea splendet multitudo Confessoriorum, Concionatorum, Episcoporum, ac Prælatorum insigni sapientia & sanctitate præditorum.

S. I.

APERTE hoc proposuit Christus Dominus, noster cum suos discipulos Magistros ac Doctores creauit, eisque insignia eius gradus contulit, dicens: a vos estis sal terræ, lux mundi, cuius supra montem posita, lucerna posita super candelabrum, ut lux uestra luceat coram hominibus, magnumque geratis zelum ne lex aut Prophetæ soluantur, sed exacte ser-

a Sapient. 6
26.

b Eccli 38.3

a Matth. 5.
13.

uentur, ac tandem concludit: *qui ita fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regio celorum.* His enim insinuat excellentiam & præstantiam eorum in eo consistere vt faciant quod docent, & doceant quod faciunt: connectendo verba cum operibus, & opera cum verbis: vt utrisque enim simul iunctis erunt salus totius Ecclesiæ. Ac propterea primò eos vocat *sal terræ*, quia sapienciã suã sanctã prudenti ac iucundã salutẽ adferunt hominibus, curantes vulnera peccatorũ eorũ, eosq; à corruptione vitiorũ præseruantes; & virtutes reddentes sapidas & iucundas, ostendentes suis rationibus, exẽplis, ac prudentibus colloquijs, eas esse faciles, ac iucundas. Nam quamuis doctrina crucis & mortificationis carnis sit ex ipsa insipida, & acerbã quasi mors; nec sit qui hilari vultu eam aspiciat, aut manum ad eam exercendam admoueat: ipsi tamen, sapientiæ suę sale ita eam condiunt, ac dulcorant, vt & amabilem reddant, & salubrem: eum in modum quo Propheta Elifæus mittens modicum Salis in fontem quẽdam aquæ amaræ, & pessimæ, quæ terram sterilem reddebat, dixit, in nomine Domini: *b sanauit aquas has. & non erit vltra in eũ mors neque sterilitas.* Aquo tempore filij prophetarum, qui prius aquam illam, non nisi cum magna nausea ac dolore bibere poterant, cum magna delectatione eam bibebant: ita etiam eruditi & sancti Prædicatores Sale Diuinæ sapientiæ & gratiæ eius doctrinã, quæ prius amara erat, & sterilis, ita condiunt, vt fiat iucunda, suavis, ac fecunda: ita vt fideles, qui prius eam horrebant, iam amplectantur, & exequantur, & gloriantur de Christi, eiusque crucis mortificatione; inuenientes in ea magnum solarium, & gaudium. Et quãuis Concionatores interdum sanctã quadam irã accensi inuehantur in peccata, magnoque zelo increpent peccatores: hic tamen zelus & increpatio est etiã Sal, quod sanat: & licet aliquã habeat acerbitatẽ; animę tamen iucundum adfert saporem, ob sapientiam & prudentiam, qua prædicator oportunè eam adhibet. Nam (vt ait S. Hilarius) Sal duo in se continet elementa, aquã & ignẽ, quæ etsi inter se sint contraria: quia aqua est frigida, & humida; ignis autem calidus, & siccus: in Sale tamen habet quoddam temperamentum mixtum ex illis extremis: ita sapientes & Sancti in omnibus suis actionibus euitant extrema vitiosa: non enim sunt frigidi aut ignaui, sicut aqua in adhibendis reprehensionibus & seueritate conueniente: nec sunt nimis Cholericis, & pungentes, quasi ignis, vt seueritate sua cõburant & cõsumat: sed medium quoddã tenent, sicut Sal. hoc modo sunt *sal terra*, eiusq; peccata reparant.

QVONIAM autem in mundo sunt etiam alij morbi ignorantiarum & errorum, ex quibus vitia oriuntur & peccata: vt intelligatur, sanctos Doctores etiam esse salutem terræ, quam curant & præseruant ab huiusmodi morbis ac miserijs, adiecit Saluator: *vos estis lux mundi*, & quasi lu-

I.

b 4. Reg. 2.
12.Canone. 5.
in Matt.

minaria cœli, electi vt Sol, & pulchri sicut Luna, splendentes sicut astra stellarum lucentium die ac nocte fidelibus & infidelibus iustis & peccatoribus, vt alij exeat è tenebris, in quibus versantur; alij verò crescant & perficiantur in lumine quod præferunt. Quæ autem salus hac pretiosa esse potest? de, *Sole iustitia* dixit Malachias: *sanitas in porta eius*: penam autem appellat radios lucis, quos vel per seipsum, vel per suos emittit Doctores, ad sanandas animas quas eis penetrat.

c Malach. 4. 7.

3

S E D vterius progreditur, dicens: eos esse *ciuitatem supra montem positam*. quia supra celsitudinem & firmitatem sanctæ suæ vitæ, fundant suam doctrinam, accipiunt venientes ad se, protegunt, & instrunt in re quæ spectant ad salutem animarum eorum, & Christianam politiam bene nouimus ciuitates in montibus altis constructas, multo esse saniores, quæ sunt in vallibus, & locis demissis ædificatæ: illæ enim vtuntur re puriori; & cum in alijs sunt nebulae, pestes, aut alij morbi: illæ ab his morbi ferijs sunt liberæ. Hunc in modum ciuitas abundans multis virtutibus ac Sanctis, est ciuitas sana, gaudet quæ puriori aura Spiritus Sancti quæ perflar per ipsa ministeria, quæ illi erga ciues exercent. non sunt ea ignorantia nebulæ, non viscosæ vitiorum pestes, quia illi ab his malis eos præseruant: ac propterea vocari potest vt altera illa ciuitas de Tribu

d Iosue 15. 62.

4

Juda: *ciuitas salis*: eò quòd sit ciuitas virorum sapientum, cœlesti Sapientia repletorum. S E D quoniam ciuitas est locus valde latus, multas habens peculiares domos, quæ opus habent magis in particulari curam & illuminari: addit Saluator noster, tales ministros non solum esse generalem mundi & ciuitatum lucem; sed etiam esse *lucernas accensas, & positas super candelabrum, vt luceant omnibus qui in domo sunt*; non verò sub mola aut sub lecto, nam sic collocatæ sibi ipsæ lucent, totam verò domum in tenebris relinquunt. Quia tales ministri non solum attendunt profectui proprio vt quiete gaudeant, sed etiam attendunt ad aliorum utilitatem, ac propterea dicuntur esse positi super candelabrum suæ dignitatis & officij, lucentes scientia, & ardentes charitate: illustrantes & amore Deo accendentes omnes habitatores cuiuscunque domus Ecclesiæ. Nec solum illuminant, sicut sol, & stellæ, quæ illuminando nihil amittunt, sed sicut candelæ, quæ dum ardent, sensim diffiunt & consumuntur: ardent enim ac lucent quasi proprijs expensis, & summo cum labore ac mortificatione, vt bene officio suo fungantur, & proximo profint.

5

E x quo etiam prouenit, vt sint quasi speculum & exemplar bonorum operum: quod aspicientes inuitat ad ipsorum imitationem, & ad glorificandum cœlestem Patrem. Ac denique sunt zelatores omnium quæ continent lex & prophetæ, & sancta ipsa Euangelia: declarantes ea bene, corroborantes, defendentes, ac re ipsa custodientes, & operantes, vt & alij

eadem

eadem custodiant; nec patientes, vt vel vnum iota, vel vnus apex omnium quæ docent, prætermittatur. Et hac via euadunt insignes in regno cælorum hoc est in Ecclesia, cuius Rex est Christus: qui Doctores sapietes & sanctos reputat Magnates aulae suæ; optans vt multiplicentur, vt sint totius regni salus, siquidem in multitudine talium sapietium est salus terre.

SED esto essent pauci, hi essent salus eius: quemadmodum enim modicum salis sufficit ad magnam cibi quantitatem salendam: ita sapietia simul cum sanctitate tantæ virtutis & efficacitatis est, vt vel in paucis manens, sufficiat ad salendum, accendendum, & protegendum, ac perficiendum multos. Prælati vnus sapiens & sanctus est totius communis salus; Concionator vnus doctus ac feruens, ignem imponit toti ciuitati; Iudex vnus sapiens ac zelans, pacem seruat in vniuersa plebe; & Doctor vnus insignis scientiæ & conscientiæ, est instar solis alicuius in mundo, ad omnes consolandos, exhilarandos ac viuificandos. Venit ait Salomō Rex magnus & vallauit ciuitatem quandam: inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, e & liberauit urbem per sapientiam suam. Nam verus aliquis pauper spiritu, qui simul est sapiens, sufficit, vt se opponat Demoni, & resistat mundo, eiusque impugnationibus: ac ciuitatem totam defendat, in qua habitat; non alijs armis, quam suis consilijs, rationibus, industria, & orationibus, sanctisq; suis exemplis. Sed neque vacat mysterio, quod Spiritus S. non dixerit: multitudinem bonorum sapientum, sed tantum sapientiam, esse sanitatem orbis terrarum: voluit enim significare: improbos non esse dignos nomine sapientum, sed stultorum: nam, vt Ieremias dixit, *f sapientes sunt, vt faciant mala: bene autem facere nesciunt.* Et hoc sufficit, vt pleno ore, ignorantibus dicantur, & imprudentes: quæ magna est laus virtutum, vt quæ doctos viros dignos faciat nomine sapientum: quia dant vitam, & æstimationem ipsorum eruditioni. Sed quid de illis doctis dicemus, qui cum scientia coniungunt improbitatem: nisi quod venenum sint & pestis orbis terrarum? Quantum enim scientiæ simul cum virtutibus profunt, tantum nocent, si cum vitijs coniungantur: quia tales scientiæ sunt illis quasi arma ad omnia sua scelera perpetranda. Et quemadmodum ait Ieremias se vidisse duos calathos plenos ficibus, quorum vnus *g ficus habebat bonas, bonas valde: alter vero malas, malas valde, ita vt comedi non possem:* ita dicere possumus, multitudinē sapientium sanctorum esse bonā & bonā valde, vtilem & valde vtilē: multitudinē autē sapientium improborum esse malā & malā valde: noxiā, & valde noxiā: ita vt tolerari non possint. Ad eam enim miseriam deueniunt, vt non habeant veritatem, neq; in vita, neq; in iustitia, neq; in doctrina: & potius in omnibus his tribus deficient, semperq; viuant in mendacio in iustitia, & fraude; & eorum sapietia est, quā S. Iacobus Apostolus ap-

pellat

e Eccl. 9. 14.

f Ierem. 4. 22.

g Iere. 24. 3.

b Iacob 3. 16
22 q 45.
ad 1.

pellat h terrenam, animale, & diabolicam. Quæ tria epitheta ei attribuitur, vt ait S. Thomas, duplici titulo: primò eò quòd illi scientia sua ad fines terrenos, animales, ac diabolicos: etià enim illa sit ex se bona, eius tamen vsus est malus: quando eam cogunt tanquam ancillam seruire vitijs auaritiæ, sensualitatis ac superbiæ: conculcata virtute, veritate & iustitia, modò quod intendunt assequantur.

1. Apoc. 16.
13.

Et hinc oritur secundus titulus siue causa horum cognominum, et detestandam doctrinam quam docet, corrupendo non solum ipsam scientiæ finem, sed ipsam etiam scientiam, eiusque veritatem, & puritatem. Inordinata enim peritiorum horum bonorum cupiditas, non solum vitiorum seminarium, sed etiam errorum: quia labi facit in doctrinas terrenas, animales, & diabolicas: quæ fauent auaritiæ & terrenarum vitiarum cupiditati, carnis concupiscentiæ, & voluptati animali aduersus sensum ac diabolicæ superbiæ vitæ. Qualis est doctrina Magistrorum ac Prædicantium Hæreticorum, de quibus dixit S. Ioannes, quòd videntur prodire de ore draconis, & de ore bestia, & de ore Pseudoprophetae tres immundos in modum ranarum: quia ad ea quæ faciunt ac docent, abiguntur à Sathana; & à carne, ad mores bestiales propensa; & à mundo falso deceptore & adlatore. Dicuntur autem tres, quia in aliquibus peccat ualeat sapientia terrena & auara, in alijs animalis & sensualis, in alijs diabolica & ambitiosa. Sunt autem in modum ranarum, quæ non numerantur in fluentibus fluuiorum aquis, sed in sordidis ac cœnosis lacubus: quorum clamores importuni sunt ac molesti, & maiores quam corporum earum paruitas aliàs exigeret. huiusmodi enim falsi Magistri detestantur aquas claras, & Crystallinas Sacrarum scripturarum, & in eis contentam puritatem, solumque gloriantur ac delectantur turbidis, & fœtidis doctrinis carnalibus ac terrenis, quas discunt à Patre ipso mendaciorum Dracone illo rufo, qui ventrem habebat fœtida huiusmodi aqua plenum, & qui

k Apoc. 12.
15.

misit ex ore suo tanquam flumen. (vt ait S. Ioannes) post mulierem, quæ Ecclesiam significabat, vt eam faceret trahi à flumine, & sic eam decipere & traheret sibi consentire. Hac aqua nutriuntur eius Magistri, qui sunt quasi omnia coaxantes, garrientes, tumidi, seipos inctantes, sordidi & carnaliter. Quis autem nouerit damna referre quæ sapientia hæc terrena animalis & diabolica adfert mundo: cum eos inuadit, qui iactant se esse sapientes? Dicat hoc Sæctus Apostolus Iudas Thadæus, qui horum proprietates præclare describit: hi qui sicut ranæ sunt garruli, sunt tanquam animalia muta ad omne quod bonum est: non enim ratione sed passione gubernabatur. nam quacumque ignorat blasphemant, & de his quæ non intelligunt, malè loquuntur. Sunt enim inuidi, sicut Cain: qui fratres suos ancipiti linguarum suarum gladio occidunt; sunt ambitiosi & carniæ

in Epist. canonica
nonic. 10

sicut *Core*, dū optimas cathedras, & maximas dignitates ambiūt, turbantes Ecclesiam & totam Republicam, vt eas obtineant. Sunt cupidi sicut *Balaam*, qui regem Balac peruersam docuit doctrinam propter munera, quæ ab illo accipiebat: *mirantur personas quæstus causa*, venerantur enim nimum diuites, ac potentes, eisque adulantur, tradentes doctrinas iuxta illorum palatum, propter lucrum, quod ab ipsis expectant. Ex quo fit, vt sint sicut politici approbantes, ac prædicantes doctrinam quæ Principibus placet: cum quibus muratur, sequentes & approbantes eorū dictamina: ac propterea sunt sicut *nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur*. Cū enim præferat speciem sapientum excellorum sicut nubes: nō tamen continēt aquā veræ sapientiæ; ideoq; sequuntur ventū quemcūq; doctrinæ, quod eos ipsorū vanitas impellit. Hi sunt *in epulis suis macula conuiuantes sine timore, seipfos pascetes*. Omnis enim eorū cogitatio & studiu est in conuiujs, & ebrietatibus; vt seipfos pascant, suas conscientias maculēt, & alienas multis ac grauibus peccatis. sunt *fluctus feri maris*, ob furorem & crudelitatem, quā seruant contra resistentes ipsi; *despumantes suas cōfusionses*, verba scilicet iniuriosa, vt eos pudore afficiat & cōfundat. Sunt denique sicut *stera errantia*: ostendunt enim sapientiæ splendorem, cū sint erroribus pleni; errare faciunt eos qui ipsos sequuntur. Tales sunt sapientes terreni, animales, ac diabolici; corrumpentes salutem, pacem, ac felicitatem Christianæ Reipublicæ; capitales hostes veræ sapientiæ defursum descendenti, quæ non terrena est, sed cœlestis non animalis, sed spiritualis; non diabolica, sed Angelica & Diuina: nunquam *abit in viam Cain*: quia *l sine fictione discitur. & sine inuidia communicatur. non effunditur mercede sicut Balaam*, sed gratis dat, quod gratis accepit: non est particeps *comraditionis Core*: quia horret tumultus, & potius impellit ad stationem & locum humilem; est nubes aquā viuā plena; est sidus fixū summi splendoris; & mare ingentis immensitatis absque mutationum varietate, iuxta illud, quod *Isaias* prædixit futurum tempore Messie: quod *in terra esset replēta scientiā Domini sicut aqua maris operientes eam*. Denique semper est in pugna & congressu contra hostem suum, scientiam terrenam, animaleam & diabolicam: mouendo & impellendo filios suos ne pacem cum illa ineant; nec eam in re vlla ad se admittant: eò quod *ad eò sit astuta, & industria; vt sensim & inaduertenter illabatur; & à modo malo labatur in magnum; & à vitio in errorem; & n Nazaraos niue alias candidiores ob suam puritatem; & lacte molidiores ob scientiam & eloquentiam; & rubicundiores ebove antiquo, propter charitatem; & saphyro pulchrioris, propter omnium virtutum ornatum: illa reddit eos carbonibus nigriores, deijciēs illos in granes errores & peccata, nisi bene muniti sint duobus documentis magni momenti.*

l Sapiens.
7. 13.

m Isaias.
11. 9.

n Thren.
4. 7.

S. II.

P R I M V M documentum est, vt nullo respectu & casu, etiam si doctissimi sint, aggredi audeant hæc officia & ministeria, propria voluntate, raptati à cupiditate, aut ambitione, aut alio finem, quos sapientia terrena, animalis, ac diabolica respicit: sed expedit electionem ab ipso met Deo, vt intelligant prius eam esse ipsius voluntatem, quam illa aggrediantur: & tunc ea exerceant ad eiusdem Domini gloriam, & bonum proximorum. Ne c tamen prohibentur secundo loco respicere ad aliqua bona temporalia, tanquam necessaria ad vitam sustentandam. Quando tamẽ officia & ministeria sunt magis spiritualia, debent esse magis liberi & expediti à quærendis temporalibus comodis, & illa acceptare eo solo nomine, quod intelligant Deum id velle. Cuius rei præcipua ratio est, quod prouidẽtia Diuina sæper adest, adiuvat, protegit, ac tuetur, acceptates hæc officia, sequentes directionem, quam ipse Deus sua vocatione & electione ostendit, iuxta illud Isaiæ de Christo Domino nostro quæ erat homo, & cæteris Prædicatoribus eius Ministeribus a Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris meae recordatus est nomen meum, & posuit os meum quasi gladium acutum: in umbra manus sue protexit me, & presuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me. Quibus verbis delineatum ac depictum est munus Magistrorum ac Prædicatorum Apostolicorum; protectio & cura, quam Deus gerit eorum: eius origo, quæ est æterna electio, & specialis vocatio; qua illos vocat, & ad hoc munus designat, memor eorum ab ipso utero matris eorum. Ex tunc enim incipit illos disponere & exornare talentis ac dotibus naturalibus, quas eis communicat in ordine ad eum finem, ad quem eos eligit; & suo tempore in se met eos in eo officio collocat: vt scilicet sint gladij & sagitte Dei. Gladius ferit propè; sagitta iacitur, vt feriat remotos; gladius semper est in manu, sagitta discedit ab ea: vtrumque tamẽ est sub diuina protectione. Eorum ora sunt gladius acutus: prædicant enim verbum Dei, quod Apostolo teste, est instar b gladij ancipitis: diuidit enim ac penetrat corda hominum: Deus tamen est qui regit illud, ac dirigit: ne ab seopo suo aberrat. hoc enim significat cum dicit: *sub umbra manus sue protexit me*: quasi dixerit: imposuit me quasi gladium in vaginam, & appendit ad latus suum in cingulo, quasi umbram brachio suo super me efficiens: vt in promptu & ad nutum me haberet, vt eximeret me è vagina, quando opus esset, prædicatione mea pugnare. Specialem enim gerit prouidentiam eorum, quos eligit in Magistros & Prædicores: suggerens eis ad tempus recollectionem, vt aciem spiritus conferuent; ad tempus verò iubens exire ad prædicandum proximis. Et utroque tempore umbram eis facit manu sua: omnipotentia. Ita vt neque ipsi aliquid amittant, eò quod exeant ad prædicandum.

Prædicatorum munus
a Isai. 49. 1.

b Heb. 4. 12.

onem; neque prædicando ita incautè feriant, vt noceant. Idem amplius explicat similitudine *sagittæ*, quam vocat *electã*: nõ enim ipsi Ministri se ipsos fecerunt sagittas, neque sponte sua officium illud obierunt: sed ipse Deus eos ad illud elegit. suaque gratiã aptauit, apponens sagittæ duas pennulas, quibus volet, & festinet, quò illam iacit sagittarius. Quæ pennulæ sunt scientia, & virtus; sapientia, & sanctitas. Habet verò sagittæ etiã cuspidem chalybeam, hoc est zelum salutis animarum. Has sagittas abscondit Deus in pharetra sua, vbi eas custodit, & curam earum gerit, dans eis propensionem ad recollectionem cordis sui, vitamque ducendam in abscondito iatra Deum ipsum cum Christo filio eius. Et suo etiam tempore eisdem dat animum, & propensionem, iacitque eas in mundum ad varia ac distantia loca, vt animabus infligant vulnera charitatis. Sed quemadmodum sagittarius, postquam sagittam iecit in feram vt eam trajiceret; sagittæ tamen non obliuiscitur: sed eam quærit, reponit in sua pharetra, vt alium & alios iactus facere possit: ita Deus non deponit curam Prædicatorum, qui ad sua ministeria exercenda prodierunt; sed semper eos protegit, & reducit ad se, absq; ipsorum damno. Iucundam hanc & suauem Dei prouidentiam fugiunt, eaque indignos se reddunt qui ad hæc munia accedunt electione propriæ voluntatis terrenæ, animalis, ac diabolicæ; non enim Deus tales gladios accipit sub vmbra & protectione manus suæ; nec sagittas, quas ipse non elegit, ponit in pharetra sua, in qua suas ille seruat. Ac proinde mirum non est, si hebetentur, & corrumpantur, & fiant gladij ac sagittæ Sathanæ, eiusque instrumenta in perditionem multorum. Cùm multi eorum in particulari indigni sint officio, quod quærant & acceptant: quia non habent dotes ad id sufficientes: sed illud quærunr propter aliquod lucrum, aut honorem, quo ad id impelluntur. quamobrem S. Iacobus Apostolus suadet, ne contendatis, sicut multi contendunt, vt sint Magistri ac Doctores & Prædicatores, non tam attendentes ad sufficientiam & qualitates requisitas, quàm ad ipsius Magisterij honorem: *c scientes quoniam maioris iudicium sumitis*: tum, quòd officium accipiatis, quo digni non estis: tum ob rationem, quam reddituri estis de eo; ac discipulis, quorum sumitis curam. Habet verò magnam emphasim verbum illud: *nolite plures Magistri fieri*: suadet enim ne fiat Magistri sicut multi fiunt; insinuans plurimos esse, qui Magistri fiant per ambitionem, & propriam voluntatem, & ob fines aliquos terrenos: paucos verò purè accedere, & ingredi per portam diuinæ voluntatis, seruantes documenta & regulas circa huiusmodi electiones positas in primo tomo, & inferius ponendas, cùm agemus de Prælatis.

Hoc documento præmissõ accedit secundum magni momenti: Ne qui ad hæc ministeria per electionem Dei accesserunt, etiam si Sapientes

c Iacob. 3.1.

Tract. 1. c. 5.
6.

2

sint, ac Sancti, securos se reputent: nam si negligant quod facere tenentur
 & aditum aliquē dent superbiæ, ac reliquis finibus terrenis, sensualibus
 ac diabolicis: desereret illos Deus, & remouebit à se talem gladiū & figu-
 tam in pœnam talis negligentia: quemadmodum euenit sapienti illi, cui
 dixit Ezech. *d tu cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto*. De
 sapientiâ tuâ multos protegebas; qui tamen postea ob suam super-
 biam periit, vt postea dicemus. Sed distinctius hoc dixit Christus Do-
 minus noster suis discipulis, cum dixit: *vos estis sal terra*, nam statim ad-
 cit tremēdam illam sententiam: *e quod si sal euauerit, in quo salietur: ab-
 hilum valet ultra nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus*. In quibus
 verbis eos monuit (vt perpendit S. Hilarius) quod natura suā essent me-
 tabiles; ac proinde amittere possent sapientiam, & sanctitatem; & Cro-
 cus textus habet: *si sal infatuatum fuerit*; quasi dicat: si ex sapientibus facti
 efficiamini, & ex bonis mali: amittentes saporem, discretionem, & sap-
 entiam cœlestem, quam habebatis. Nullus enim est homo a deo Sanctus
 & sapiens, vt non possit mutari in hac vita; & quamuis sic lux mundi, con-
 uerti in tenebras; & si sit ciuitas supra montem posita, potest destrui, &
 vsque ad fundamenta dici; & si est lucerna super candelabrum posita,
 potest extingui, & non præbere lumen domui suæ sed fumum, quo non
 excæcetur, & torqueatur. Quid autem hinc sequetur, nisi tria ingenti-
 damna & pericula? *Primum* est, quod si sal saporem suum amittat, non
 qui possit illum reparare. Eo quod errores & peccata eius, iusto Dei iudi-
 cio, eò perueniunt, vt corrigi non possit: quia enim iactat se esse sapientem,
 nō vult ab alijs doceri; neq; est qui eū docere audeat, & corrigere. Et vbi
 Hieron. ait: *si Doctor errauerit, quo alio doctor emendabitur?* eius enim super-
 bia non vult emendationem admittere. Ex quo alterum d. am. n. m. sequi-
 tur, quod *mittetur foras*; aut ab officio Doctoris, quia Deus auferet illi of-
 ficiū, quo factus est indignus; aut ab ipsa domo Ecclesiæ: permittente
 ipso Domino, vt fidem amittat, & contra propriam matrem insurgat.
 Qui enim aditum præbuit sapientiæ, terrene, animali, ac diabolice: non
 mirum est, si diuinam omnino amittat: siquidem a postulo dicit. *Pro-
 pter auaritiā seu cupiditatem* (quam dicit esse *radicem omnium malorum*)
quosdam errauisse à fide; & q. qui euauerunt in cogitationibus suis *tradidit illi
 Deus in desideria cordu eorum, in immunditiam, & in reprobū sensum*; Et hinc
 tertium oritur detrimentum, quod *conculcetur ab hominibus*, quia amittit
 honorem & opinionem apud illos: & ita ab eis tractatur in non veluti
 ens, sed vt stultus: donec tandem extra mundum imittatur in carcerem
 Inferni, in quo confusio & miseria erit æterna. Ac propterea conculcatur
 Dominus, dicens: *Qui soluerit vnum de mandatis his, & docuerit sic homines:
 minimus vocabitur in regno cœlorum*. Nam vt S. August. explicat) concul-

d Ezech.
 38. 14.

c Mat. 5. 13

Canon. 4.
 in Matth.

Ita legit S.
 August.

In es. m. c. i.
 Ton. 9. Ep.
 Glos. 5.
 Hilarius.

si Tim. 6. 10
 g Rom. 1.
 21. 24.

Lib. 1. de
 Serm. Dom.
 in monte
 c. 13. & 16.

netur, ac repellatur, nec partem aut locum habebit in eo Regno, in quod quicumque ingreditur, magnus est, & honore habetur. His manet satis confirmatum quod proximo cap. diximus: vt nullus audeat officium assumere *salis terra*, nisi à Deo sit vocatus, & electus, qui illud ipsi committat: sed neque tunc securum se reputet, cernens magnum suum periculum: cuius moner ipse Saluator, vt timeatur: Sanctus enim timor maiorem efficit securitatem; neque diutius quis in munere salis persistit, quam qui ab eo excidere timeret, & recurrit ad Deum, vt ipsum conferret.

*s Chrysof.
Homil. 16.
in Matth.*

CAPVT V.

MODESTIA, MANSVETVDO, ET PAX IN
disputationibus; radices Discordiarum, & earum
remedium.

STVDIVM ET EXERCITIUM OMNIUM SCIEN-
arum, siue in Discipulis, siue in Magistris, aut in varijs
Reipubl. officijs eas exercentibus, varias secum adfert
disputationes ad stabiliendā veritatem. Quæ Disputati-
ones sunt quasi pugnae siue congressus quidam intellectu-
uum valde contentiosi; quorum arma sunt linguæ: sagit-
tæ ac globi, rationes, ac verba magno impetu prolata ob-
zelum siue iram, qua proferuntur. Ex quo magnæ oriuntur contentio-
nes ac dissensiones. Aliquando quidem, quod quisque existimet, suam
sententiam esse veram: quam cum defendit existimat se pro veritate
pugnare, & obsequium se præstare Deo, dum suo resistit aduersario
Quamuis autem (teste Aristo.) amicitia non exigat opinionum concor-
diam; & S. Thom. ait, etiam charitatem seruari cum earum diuersitate:
ita vt iudiciorum diuersitas non auferat vnionem voluntatum: vt appa-
ret in multis viris sanctis, immo & ipsis Apostolis a Paulo & Barnaba: Sæ-
pius tamen inter imperfectos hæc iudiciorum contrarietas trahit secum
voluntates, & ita efficit turbationem in disputationibus, & nominatim
cum accedit aliqua vanitas & superbia: vt cum quis contradicit veritati
vt vicisse videatur: ideoque rationibus quas adfert, verba admiscet
grauia, & minus reuerentia. Quod si cum huiusmodi superbia cupiditas
etiam & ambitio coniungatur, incredibilis oritur dissensio: non so-
lum quod suo iudicio nimium tribuat, illudque præferat alterius senten-
tiæ; sed propter commodum aliquod, honorem, aut dignitatem, quæ obtine-
bit, si victor euasisset credatur: vt videre licet in disputationib. in^o iuris

*Lib. 4. Ethic
c. 1. & 3.
2. 2. q. 29. a.
3 ad 2.
b. Añ. 15. 39.*

causa obtinendi cathedram aliquam, aut Canonicatum; & quas habent Iurisperiti, dum aduersarum partium causas agunt; & Medici in suis consultationibus; & Theologi in suis Actibus, & ipsi discipuli inter se ipsos, & cum suis Magistris. Imo etiam inter viros Spirituales, cum diuersa sentiunt. Nam vt ait Cassianus: quemadmodum imbecilles ac seniores fratres ob vilem terrenamque substantiam cito inimicus diuergit: ita etiam inter spirituales gignit pro intellectu diuersitate discordiam. Omnes huiusmodi personæ titulo & prætextu querendi ac tuendi veritatem, sæpè solent Charitatem & Christianam pacem turbare, & concitare, præcipitando sese propterea in grauiâ peccata.

§. I. Elata ac temeraria ingenia.

Oratio I.

RADICES harum dissensionum, earumque remedia præclare explicuit S. Gregorius Nazianzenus in solenni quadam oratione de hoc argumento, cuius titulus est: de modestia in disputationibus seruanda. Cui enim ipsius tempore. occasione hæresis Artij, Ecclesia, & tota ciuitas magnis contentionibus ac discordijs feruere ob doctrinarum varietatem & ambitionem dignitatum: ipse suggestum conscendens orationem suam cœpit, dicens: *Quid ex sermone nostro pulcherrimum, & vtilissimum? Quid vero turpissimum & damnosissimum?* vt alterum ametis, & sequamini; alterum verò horreatis & fugiatis. *Pulcherrimum & vtilissimum, pax: turpissimum & damnosissimum, discordia.* Quamuis enim multæ virtutes sint pulcherrimæ, & vtilis: charitas tamen, cuius fructus est pax & concordia, omnia alias excedit, adiuuatque ad conseruationem boni communis, & omnia sanctitatis & literarum exercitiorum. Propterea enim exclamauit Dauid: *Quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum!* vbi enim est vnus, effundit Deus suam benedictionem; & confœderantur simulque conueniunt sanctitas & lætitia multorum, vt omnes perseuerent, & conseruentur. Contra verò quamuis multa sint turpia & noxia vitia: discordia tamen omnia excellit: Illa enim bonum commune corrumpit, ac dissoluit: ex quo prouenit, vt etiam particulare vniciusque deficiat. Et quemadmodum concordia res prouæ crescunt, ita discordia maximè dilabuntur; & *b omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.*

Quæ cum ita sint (ait ipse Nazianzenus) opera precium erit examinare & constituere. *quid potissimum pacem dissoluat, & discordiam introducatur:* vt illud tanquam ipsum Dæmonem fugiatis, & tanquam rem offuscantem omnem pulchritudinem & vtilitatem; adferentem verò tantam turpitudinem, tantumque detrimentum horreatis: difficile enim potest morbus plenè curari, nisi præcipua radix præscindatur, aut eidem antidotum

collat. 16. c. 8.

a Psal. 131. 1.

b Luc. 11. 17.

tum applicetur. Si itaque nosse vultis hanc radicem: *turbatum cause exi-
sunt natura feruida, & immanes*, ac temerariæ absque freno discretionis in
ijs quæ dicunt, aut faciunt. Duo enim, inquit, sunt ingenia hominum,
quæ per duo vitiosa extrema incedunt: inter quæ medium est tenendum
laudabile & studiosum. Alia enim sunt laxa, remissa, ac mollia: quæ non
aspirant ad magna aut difficilia, potius sunt pusilli animi, ac timidi ad ea
aggredienda: ac propterea nec valde bona, nec valde vniquam sunt ma-
la. *Ingenia talia, inquit, inualida sunt, pariterq; tam ad virtutē, quàm a depravi-
tate segnia & inania: sed sunt quasi aqua tepida, nec valde calida, nec val-
de frigida.* Id tamen est in eis minus malum quod non turbat Ecclesiam,
nec religionem, aut communitatem, in qua viuunt: nec animum ad id
habent, sed parum etiam illam iuuant: quia sunt (vt dixit Oseas) *quasi
columba non habentes cor*, nec animum ad reprehendum, aut impedi-
endum peccatum. Alia sunt ingenia è contra nimis feruentia, audacia, &
magnanima: sed simul temeraria, præcipitia, & incauta. Quamuis autem
primum horum multum conferat ad magnas virtutes consequendas: po-
sterius tamen in horrenda vitia præcipitat. Equus enim generosus quan-
tò est utilior, si freno sinat se gubernari: tantò est perniciosior, si sit effre-
nis. Et *ingenia generosa que ratio instruit ac rectè dirigit*, bene mortificata
charitate, quæ sese humilitate continent, & prudentia: multa ad virtu-
tem conferunt bona, multum lucent in Ecclesia, & Christianam Religi-
onem illustrant. Si autem sint temeraria, eandem turbant, magnoque pe-
riculo exponunt hæresum, sectarum, litium, contentionum, & aliorum
tumultuum quos efficit feruor sine discretionē, & furiosa scientia sine fre-
no mortificationis. Quamobrem hoc extremum est priori perniciosius.
Præstat enim exiguum habere ingenium, & moderatam eruditionē cum
mansuetudine: quàm acutum ingenium & multam scientiam cum tali fer-
uore. hic enim feruor facile in acrima cōuertitur ad nocendum multis. Nā
(vt S. Gregorius Papa dixit) sæpè euenit, vt multa scientia superbe se ex-
tollat ac dissoluat concordiam, & sæpè qui multum habent litterarum,
minus nouerunt de pace & charitate. Huc spectat quod dixit S. Iacobus
Apostolus: *d Qui sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersa-
tione operationem suam in Mansuetudine Sapientia. Quod si zelum amarum ha-
beris & contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse ad-
uersus veritatem. Non est enim ista sapientia de sursum descendens, sed terrena,
animalis, diabolica*, quasi illis dixerit: quoniam vestris scientijs quæritis bo-
na terrena, sensualia, & splendida: hinc fit, vt inter vos ipsos dissentiat,
& sitis ad inuicem amaro animo. Ex quibus concludit Nazianzenus,
filios Ecclesiæ debere fugere hæc duo extrema vitiosa, mortificantes vi-
liliter eorum excessus, & ex ijs aptum aliquod medium educere, in quo

virtus

c Osee 7. 11

3 Pastor.
admon. 32.d. Iacobi 3.
13.

virtus consistit: omittendo malum, quod vtrumque habet, & accipiendo eorundem bonum. A primis igitur, relicta laxitate & mollitie: accipiamus mansuetudinem; ab alijs verò, relicta temeritate, accipiamus generositatem & magnanimitatem. Propterea enim Spiritus sanctus, vtrà dicebamus, venit in figura columbæ, & ignis: vt significaret suos sapientes coniungere debere mansuetudinem cum generositate, & acutum ingenium cum modo pacifico: implentes quod dixit Christus Dominus suis Apostolis: *e habete in vobis sal, & pacem habete inter vos*. Sal scilicet sapientie ac discretionis; & sal acrimonie & feruoris sicut ignis, cum pace tamen & mansuetudine columbina. Sal enim sine pace, non est virtutis donum, sed damnationis argumentum. Quæ admodum enim sal moderatè condit, & bonum adfert saporem; nimium verò insipidos reddit, & vitæ scera comburit: ita scientia & moderatum ac discretum iacumen omnibus est dulce; temerarium verò & furiosum, amarum est, & suis dissolutionibus omnia comburit. Nec propterea, ait S. hic Doctor, volo quæquam existimare, quod velim disputationem prohibere; sed in modum fugio, & insatiabilitatem reprehendo in contentione & dissensionibus potius interdum aliquid de nostro iure remittamus. ne pax & charitas datur. Quamobrem melius est interdum tacere, etiam si propterea timidi & segnes habeamur: *malim enim ignisuior, quam curiosior haberi, si non vitæ effugere possim: moderatusq; esse & timidior, quam audacior vocari*. hæc enim nota minus adfert detrimentum & periculum. Denique timenda semper est seuerissima illa Malachie sententia in violatores pacis & concordie fraternæ: ait enim: *dispertet Dominus virum, qui fecerit hoc, Magistrum & discipulum de tabernaculis iacob, & offerent es munus Domino exercituum, quæ sententia etsi loquatur contra omnes violantes pactum charitatis & vniõnis: exprimit tamen nominatim Magistrum, ac discipulum, & Sacerdotes eò quod eorũ cõtrõciones valde sint perniciosæ, cū sint in materia Religionis; & discordia huiusmodi personarum, qui sunt ex maioribus ipsius Reip. solet esse causa, vt etiã pax lædatur inter minores & ciues: quæ vnusquisq; accedet ad patrem eius quem habet Magistrum & Prelatum. Sicut è contra, vnio & pax maiorum efficit, vt & minores illam teneant. Ac propterea cum Psalmista dixisset: quàm bonum esset ac iucundum habitare fratres in vnione & concordia, adiecit hæc vnionem debere esse habitare in vnione precioso quo vngebatur Aaron in capite, in quo tamen non hærebat; sed descendebat in barbam, etiam vsque ad oram vestimenti eius: ad significandum huiusmodi vnionem præcipuè debere splendere in illis qui sunt Ecclesie ac Reipublice capita; & ab eis descendere ad honoratioribus & generosioribus in eadem; ac denique vsq; ad infirmos ipsius Reipublice, qui vltimum tenent locum: vt omnes gaudeant bene dicta & vita æterna, quæ ipsis ob talem vnionem est promissa.*

S. Greg. sup.
Admo. 17.

c. 17. 9. 49

Admon. 22.
& p. 2.

f. Malach. 2.
10. 12.

g. Psal. 132. 3

§. II. *Predicta amplius explicantur ex disputatione, quae fuit inter Iob & eius amicos.*

OMNIVM horum, quae diximus, licet videre viam quaedam imaginem & exemplum in disputatione quadam omnium, quae in mundo fuerunt, solennissima inter Sanctum Iob & eius amicos. Ille enim magis in suo sterquilino, quasi in quadam schola Theologiae, hanc proposuit assertionem defendendam & propugnandam: aduersa quae homines patiuntur & sustinent, non semper eis prouenire propter ipsorum peccata, sed ob occulta alia Dei iudicia; & huius generis esse, quae tunc ipse tolerabat. Amici autem eius prodierunt, ut eam assertionem pallio quodam zeli, quo Dei honorem tuerentur, impugnarent. Et illorum tres seniores, seruatō ordine suae antiquitatis disputarunt, contententes probare: Deū semper huiusmodi aduersis premere homines, propter eorum peccata. Rationibus autem ac sententijs, quas ad id probandum adferebant, etiam si multae essent & graues, miscuerunt verba valde molesta, & iniuriosa in ipsum Sanctum Iob, defendente veritatem & innocentiam suam admirandam suam prudentiam & rationum efficacitate: quibus tribus senioribus amicis silentium imposuit, aduertentibus pondus rationum, quibus eis respondebat. Est autem sapientum & prudentum virorum, non se ostendere repugnantes & pertinaces, sed locum dare rationi, cum eam perspicue cernunt. Sed tunc Eliu reliquis amicis iunior, quamuis reuerentiam suam, dum alij oppugnabant, tacendo ostendisset: videns tamen reliquos tacuisse, nec amplius Iob sententiam impugnare: magna superbia & ira conuersus contra suos socios, eis obiecit insipientiam: & mox contra virum ipsum Sanctum Iob, proponens maiori efficacitate, sed simul maiori irreuerentia rationes & argumenta sua. Et quamuis bis, teruē responsionem ad suas rationes expectaret, Sanctus tamen vir tacuit semper, nec verbum ei respondit, sed exercuit suam patientiam, reddens pro responso suum silentium: quod aliquando est optimum genus respondendi. Deus autem Dominus noster, qui disputationi inuisibiliter assistebat, voluit illam turbine quodam horrendo decidere, & voce sensibili cepit suum sermonem: & indignatus contra Eliu dixit: *Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?* Nunquid placere mihi possunt sententiae etiam graues, si adterantur ad obscurandam veritatem, aut affligendum innocentem; aut si admisceantur verba inurbana, & superba? Cum autem Dominus dixit: *quis est iste*, eius nomine non expresso insinuauit, se neque eum nosse, neque approbare, quae dixit, sed improbare potius, eumque damnare ob inciuilitatem magnam erga seniores: & contra innocentem adeo afflictum. Et conuersus Deus ad amicos Iob dixit: *ciratus est furor meus in vos: quoniam non estis locuti coram me recte.*

a Iob. 32. 1.

b Iob. 23. 2.

c Iob. 42. 7.

P pp

sicut

sicut seruus meus Iob. Quasi eis dixerit: etsi locuti estis quod rectum erat in oculis vestris, non tamen in meis erat rectum: locuti estis verbis iudicium vestro bonis, quæ tamen meo iudicio talia non fuerunt; oportebat enim vos loqui rectum coram me, sequentes meum iudicium & non vestrum: attendentes me esse presentem, & audientem quæ dicebatis. Si enim attendissetis, quod ego sum, qui iudico & video omnia: cautiore fuisset in vestris linguis, quasi loquentes in diuino conspectu meo. Hac duo sunt quæ nos in disputationibus continent; quibus deficientibus, reddimus valde effrenes: quia non bene attendimus, quid magis Deo placeat, & quid verum ac rectum sit in eius oculis; aut quia obliuiscimur ipsam deum per videre, & audire quicquid dicitur. Sed eum in hac disputatione defendens ipse fuit ab omni culpa innocens? aut etiam ipse Sanctus Iob in aliquid impedit? etiam Dominus noster eum corripuit, & aliam cum eo iniit disputationem, ad quam eum præuenit dicens: *accinge suras tuas lumbos tuos: interrogabo te: & indica mihi.* Accingere se in scriptura loca, significat præparare se ad pugnam: ac propterea prouerbio dicebatur: *ne gloriatur accinctus aquæ ac discinctus:* hoc est: ne qui est accinctus & præparatus ad pugnam, ita se iactet & gloriatur, atque is qui paratam victoriam est discinctus. Etiam accingere se significat mortificationem non corporalem tantum, sed etiam spiritualem: de qua S. Petrus dixit: *discincti lumbos mentis vestrae,* mortificantes scilicet linguam, iudicium, & voluntatem propriam, appetitus ac propensiones vestras. utique notem horum est necessarium ad aggrediendas disputationes; ita ut disputaturus præmuniat sese armis rationum: absque vlla enim præuentione non bene succedunt; neque absque mortificatione perfecta in rebus omnibus. Hac igitur præparatione præmissa, aggressus est Deus disputationem cum ipso Iob, ut aliquem eius excessum reprimeret, quem fecerat non circa veritatem, & causæ suæ iustitiam, sed circa modum tuæ diuinitatis innocentiam; cum minori scilicet reuerentia quâ diuinæ Maiestati, aduersitate illa ipsum visitanti, debuisset. Plus enim respexerat, ut aduersitatem suarum grauitatem, vitæque suæ innocentiam exaggeraret, quam excederent fines, quos diuina prouidentia aduersitate illa intendebat. Sed cum ipse Sanctus Iob humilis valde esset, mox culpam suam agnouit, quæ ab eis erat leuis; ac dixit Domino: *Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio: quis enim est adeo stultus, ut cogitet se ita occultare posse suas cogitationes & consilia, ut ea non comprehendat Diuina tua scientia? Idcirco reuere me insipienter locutum fuisse, & quæ ultra modum excederent scientiam meam. Idcirco ipse me reprehendo, & ago penitentiam in fauilla & cinere.* Quæ confessione diluit omnino culpam suam, & sic mansit à parte ipsius integra totius disputationis victoria. In qua disputatione sunt ad vitam de-

d Iob. 40. 2

e 3 Reg. 20
11

f 1. Petr. 1. 13

Iob. 42. 2

pieta tria genera peritorum & sapientum virorum: alij enim sunt humiles, ac prouidentes, sicut Iob. Qui magna charitate veritatem defendunt, continentem linguam suam ne proximum offendant, etiam si ab eis arguantur, & iniuriolis verbis laceffantur. Quod si quando tanquam homines deficient in aliqua reuerentia, aut urbanitate debita: statim compunguntur & Pœnitentiam agunt: qua damnũ acceptum reparant; & quantum in ipsis est, pacem & charitatem cum omnibus seruant.

Alij sunt sapientes, quales fuerunt tres illi primi amici Iob, senes, prudentes, ac Zelantes, non nihil tamē vanitatis studiosi, & humanę imbecillitati facile succumbentes: qui interdum non satis veritatem attingunt, vt sibi persuadent: vt autem eam tueantur, quã talem esse existimant, transgrediuntur grauioribus verbis modestiæ limites; & sic pacem turbant, & concordiam. Qui tamen, quod non prauo animo agunt, & sint dociles: cum aduertunt veritatem, tacent, seseque subijciunt, & correctionem Dei libenter acceptant, sicut tres illi viri acceptarunt. Et quemadmodum Deus eos iussit culpam suam deprecari apud sanctum Iob, ac petere, vt pro ipsis oraret, & sacrificium offerret: vt ita etiam libenter videtur: vt qui in disputationibus excesserunt verbo, aut alia ratione in aliquid impingentes: sese humiliant, & erroris sui culpam deprecantur, vt coram cœlesti Tribunali eis remittatur. Alij tamen sunt similes Eliũ quarto amico Iob, iuuenes excitati, audaces, nimis zelantes, & arrogantes: qui non solum aduersarios suos turbant, contra quos disputant, sed suos etiam socios, commouendo & turbando omnes suis rationibus ac verbis, Non enim videntur tam disputare, vt de veritate statuatur; quã vt ipsi videantur victores euasisse. Et tales esse solent valde perniciosi; & cum nimum adhærescunt suo iudicio, fiunt quasi incorrigibiles. Quã ob causam, cum Deus corripuit amicos Iob & iussit offerre Sacrificium pro suo peccato, solum *meminit trium amicorum* non autem quarti: quasi dedignaretur eum nominare, ac inter eos numerare, quibus culpam remittebat: ad insinuandam hinc incorrigibilitatem ac proteruiam huius generis peritorum, ex quo originem ducunt hæretici, alijque tumultuosi, qui Ecclesiam & Christianam Rempub. ac Religiosam perturbant: inde verò, vt intelligatur, quod licet superbia & arrogantia iuuenum peritorum reparari possit; modus tamen eam reparandi est, nihil curare ipsorum dicta, verba, & ipsosmet: vt sic eos humiliet ac mortificet, qui potest; & eos sub cura sua habeat: vt sic oculos aperiant, & suum agnoscant tumorem; & eligant in posterum sese humiliare: humilitate enim euelluntur radices omnium turbationum, vt mox videbimus; & mansuetudine ac modestiã melius aperiantur veritates in disputationibus. Quam ob causam Sanctus Chryostomus in prima Homilia, quam habuit, di-

Iob. 42. 7.
9.

Tom. 5.

spuans contra negantes Dei incomprehensibilitatem, explicans modum suae disputationis, ait non contra illos exandescimus, non animam agemus, sed modestè, humanè, amiceque disputabimus. Nihil enim mansuetius validius, nihil modestià efficacius. Quae verba deberent omnino metrorum retinere, & corde sequi quicumque disputans: persuadentes sibi, veritatem irà & strepitu ipsorum obscurari; viam verò eam inveniendi, & polemam faciendi, esse disputationem modestam, humanam, & amicam. Nihil enim est mansuetudine potentius, nihil modestià efficacius: & rationes & argumenta modestè ac mansuetè proponuntur, ipsa metastendunt vim & efficacitatem suam. Et ita Apostolus discipulo suo Timotheo suadet, curare quaestiones quae dissensiones adferunt: nam *num Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestià corripientem eos, qui resistunt veritati; si enim talis fuerit, melius defendat veritatè, & cõvincet eos, qui eã intendunt obscurare.*

a Timot. 2.
23.

CAPVT VI.

*HVMILITAS IN RE LITERARIA EIVS
actus, & ratio discordias in disputationibus praue-
niendi.*

RECIOSA HVMILITATIS GEMMA virtutum eminet inter eas, quae viros Sapientes exornant, quod etiam sit quasi fundamentalis lapis virtutum, scientiarum, & gratiarum è caelo descendentium. Cuius Prima excellentia est, quod eas conseruet, & stabiliat in hominibus, & Angelis: qua deficiente, caeterae omnes ruuaneant. vt constat ex eo, quod Ezechiel dixit sapienti illi, qui ornatus fuerat nouem lapidibus pretiosis praedictis: quod postea deesset humilitas, in grauissima incidit mala, illis omnibus spoliatus. ait enim *a eleuatum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram proiecit te, &c.* Ex monte Sancto, in quo collocaueram, ne amplius pretiosis gemmis orneris, vt antea eras ornatus. Quod si sapiens ille (vt S. Gregorius ait) erat primus Angelus Lucifer, cuius ornatus erat nouè preciosi lapides, eò quod splenderet pretiosis omnib' nouè Choris Angelorũ, & haberet in se omnium excellentias addecoratis appareret quantum detrimenti adferat superbia, vt quae potuit tantam celestitudinem prostrernere. Nam cum ille esset in supremo Seraphinorum choro, vocatus est Cherubin: eò quod pluris fecerit scientiã, quam cheru-

a Ezech. 28.
17.

Lib. 32. mo.
xal. c. 13.

chitica

nitare, & euangelicæ ex eo quod sciebat, & habebat in se: non dilexit largitorem eius: b *Aurum* (ait Propheta) *opus decoris tui: & foramina tua in die qua conditus es, preparata sunt.* preparata erant foramina, quibus pretiosi lapides imponerentur: tu autem infelix foramina retinuisti vacua, reddens te ineptum ad virtutes conseruandas, ob superbiam ortam ex decore tuo. Hoc detrimentum euasit humilitas in reliquis Angelis, qui fuerunt constantes. Agnoscentes enim vanitatem & nihilum, quod ex se ipsis habebat, subiecerunt se Creatori, qui ipsis largitus fuerat sapientiam & reliquas gratias, quibus exornati erant: propter quam demissam subiectionem Deus gratias illas in eis conseruauit in æternum. Ac propterea Salomon dixit; *c vbi est humilitas, ibi & sapientia:* ibi enim sedem habitacionis suæ habet. Adde, quod quemadmodum humilitas sapientiam conseruat: ita sapientia, si perfecta sit, generat humilitatem: eod quod perniciosas deceptiones retegat, & propterea Apostolus dixit: *d si quis sibi videtur inter vos sapiens esse, stultus fiat, vt sit verè sapiens.*

Ad cuius explicationem aduertendum est: duos esse modos humilitatis circa scientias. *Alter* enim est erga Deum, *alter* erga homines, & vtriusque origo est cognitio sui ipsius, adiuuante etiam vera ipsius Dei cognitione: in quibus vera consistit sapientia: & vna quæque proprios habet actus, quibus suam ostendit perfectionem: quos etiam explicamus per modum cognitionis: omnes tamen transeunt ad effectum, hoc est ad contemptum sui ipsius propter id, quod in seipso agnouit iuxta definitionem humilitatis, quam tradit S. Bernardus dicens: *Esse virtutem, qua homo vrbisima sui agnitione sibi ipsi vilis fit.*

§. 1. Actus humilitatis erga Deum.

HUMILITAS erga Deum in re litteraria septem continet præcipuos actus, *Primus* est, agnoscere quod omnis scientia, quam quis habet, non sit verè eius, sed donum Dei: qui scientiarum Dominus, quas distribuit hominibus; cui quisque reddere debet gratias, ob acceptam partem earum. Sed actus *secundus* pergit ulterius, quo ille agnoscit, se non habere illam à Deo, propter merita propria aut propter solam suam industriam. Quamuis enim hæc sit necessaria, quis tamen nisi solus Deus, ex mera sua gratia dedit intellectum, aptitudinem, ingenium, iudicium, memoriam, applicationem, visum & auditum, & reliqua quibus ipse industria innituntur? Quæ nullius fuissent aliàs momenti, nisi Deus donis illis naturalibus hominè præuenisset, & ornasset. Quare hic locū habet illud Apostolica *quid habes, quod nō accepisti? si autē accepisti quid gloriaris quod si nō acceperis. & adhuc amplius: b neq; qui plūtat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Nam ad scientiam comparandam, neque aliquid est parens, qui generat; Neque Magister, qui docet:

b vers 13.

c Proverb.
11.2.

d 1. Corint

Traß. de 10
Gradib.
Humilita.

1

2

24. Corin. 4.
7:
b c. 3. 7.

nisi Deus lumen dederit, quo veritatem intelligas, & compares tibi scientiam. *Tertius* humilitatis actus est, agnoscere, quod omnis tua scientia etiam si magna sit, si tamen cum Dei scientia comparatur, sit quasi nulli adeoque modicum, quod scis, respectu eius, quod ignoras: vt ignorans potius dici possis, quam sapiens. Quemadmodum Aethiops, etiam si demum habeat albos, non tamen dicitur ipse albus, sed niger: eo quod eius albedo cum nigredine comparata, sit quasi nihil. Propter quam causam inter alias, Sanctus Dionysius supremam de Deo contemplationem vocat ignorantiam, tenebras, & obscuritatem: qui enim plura de Deo cognoscit, amplius videt, infinitum esse, quod ignorat; & quasi nihil, quod nouit. Huc accedit *quartus* actus quo quis agnoscit: minus re ipsa esse quod habet, quam se habere existimet, quoad ingenium, iudicium, & scientiam: amor enim proprius excæcat intellectum, & iudicium rerum propriarum; vt propter affectum, quod modicum est; iudicet esse multum; & ipsa tenebræ videantur esse lumen. Quod si clavis oculis videret aliorum talenta & scientias, quas antiqui Sancti habuerunt, & illustres aliqui vixi præsentibus habent: aduerteret modicum valde esse, quod habet; & ita potius se reputaret, quam sapientem. Omnes hos actus recensuit magnus ille Sapiens Salomon, cum finem imposuit suo libro Prouerborum, dicens: *c verba congregantis filij vomentis visio, quam locutus est vir, cum quo est Deus: qui deo secum morante confortatus ait.* Hoc est, qui plurima verba collegerrat, & stupendas sententias ore suo protulerat, ex abundantia sapientie, qui plenus erat & confortatus virtute Dei, quem secum habebat: dicere coepit: *d stultus sumus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum, non dico sapientiam, & non noui scientiam sanctorum.* Si enim ad id respicere, quod et me ipso habeo, non est nisi ignorantia; & scientia, quæ multa in me videtur, est quasi nihil haberem, si cum Dei scientia conferatur, & cum ea quam habent magni Sancti; & illi nominatim, qui Deum vident. Ac propterea Ieremias dixit: *e stultus factus est omnis homo à scientia,* hoc est, omnis homo merito reputatur ignorans, si cum scientia Creatoris conferatur, & cum ea quam præstantioribus creaturis largitur.

QVINTVS humilitatis actus est, non gloriari de scientia quantumvis magna illa sit, sed parui eam facere, respectu virtutis: cum sit certum, eam apud Deum nihili fieri, nisi coniunctam habeat Sanctitatem: Nam plura ipse facit vnum idiotam humilem, quam mille sapientes superbos. Hoc enim monere nos voluit, per eundem Prophetam Ieremiam, dicens: *non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur, scire & nosse me: quia ego sum Dominus: qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait Dominus.* Si enim hæc de sint, nihili facio scientiam nec

c Prouer.
30. 1.

d ver. 2.

e Ierem. 10.
14.

f c. 9. 23.

am, nec fortitudinem, nec diuitias quæ sunt esca superbiæ, & inanis gloriæ. Hinc prouenit *sextus* humilitatis actus, hoc est, vereri suum periculum, & exactam rationem, quam exigit Deus de scientia quam quisque habet: scriptum est enim: *seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit secundum eam, vapulabit multis.* His accedit *septimus* humilitatis actus, qui est repellere, quantum in se erit, dignitatem Magisterij & Doctoratus, iudicando se tali gradu indignum: qualem se iudicabat S. Thomas, donec iussus esset accipere. Effectus enim superbiæ eorum, qui in re literaria versantur, cupere statim esse Magistros & Doctores propter honorem & gloriam sibi ex ijs prouenturam. Quales fuerunt illi, de quibus dixit Saluator, quod *hamasent primas cathedras in Synagoga, & vocari ab hominibus Rabbi;* suis autem discipulis dicebat: *vos autem nolite vocari Rabbi. vnus est enim Magister vester, qui est Christus, in cuius comparatione nullus est hoc nomine dignus; & quamuis dignus esset, non tamen debet illud ambitiosè quærere apud homines.*

§. II. Actus humilitatis erga homines.

VENIAMVS nunc ad secundam humilitatem in scientijs erga cæteros homines, quæ prouenit & auertit discordias, quarum in proximo capite fecimus mentionem. Nam, vt ait Salomon: *a inter superbos semper iurgia sunt:* humilitas autem summam efficit concordiam inter sapientes, dū heroicis & ingeniosos efficit actus quos summam recen- ter in hūc finē S. Greg. Nazian. in homilia, cuius superius fecimus mentionē.

Pro cuius fundamento aduertit: Humilitatem duplicem habere gradum: nam quædam apparet in rebus externis, cum quis eligit sibi extremum locum, vestitum, & ornatum humilem in omnibus, quæ ad ipsius Personam & domum spectant. Et hæc plurimū confert ad pacem & concordiam inter seculares seruandam; qui facillè solent propter ambitionem ac desiderium præminentia in huiusmodi rebus perturbari: quæ tamen non est certum iudicium veræ virtutis: sæpe enim huiusmodi actus sunt vana quadam ostentatione & hypocriſi. Tum autem intelligitur, an humilitas in paruis huiusmodi rebus sit vera, cum eadem ostenditur in rebus alijs maioribus: quales sunt, quæ spectant ad intellectum, iudicium, ingenium, & scientiam, in quibus quis se alijs subijcit, & cedit: cum enim sint dotes ad eò præclaræ, & nobilitati humanæ valde propriæ: quæcunque in eis humiliatio censeretur esse valde heroica. *Illum, inquit, humilem dixerim, qui mediocriter de Deo verba facit? & alia quidem dicere, alia verò tacere nouit, in quibusdam verò ignorantiam fateretur, ac cedit sermone illi, cui plus est concreditum, contenditque aliquem plus esse spiritua- lem, & in contemplatione magis profundum, &c.* In quibus verbis insinuat perfectè humilis indicia, & actus humilitatis circa scientiam. Pri-

6
g Luc. 12.
47

7
h Matth.
23. 6.

a Proverb.
13. 10.

Orat. 11. de
Modest. in
diss. habē
da.

I

mus est, quod in sermonibus de rebus literarijs, aut diuinis loquatur pacè ac modè: dicens quòd oportet, & interdum patienter tacendo: nam studium & propensio ad effundendum quod sentit, indicium est spiritus superbi, vt videre licet in Eliu sapientie arrogante, qui de seipso dixit: *plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus vterius mei. En venter meus quasi mestum absq; spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit, loquar, & respiro post illū, aperiam labia mea, & respondebo, & ostendam scientiam meam.* Sed satis ostēdit superbiam suam in illa similitudine, qua vsus est. Quemadmodum enim mustum, dum feruet, crepare facit vas in quo clausum teneatur, & ita totum effunditur: ita superbus cum loquitur, omnia quæ habet, effundit: vt appareat, quod sciat. In quo tamen non sapientem, sed stultum se ostendit, vt enim dixit Salomon: *totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt, & reseruat in posterum.* Et sicut v. b. patens & absq; morum bitu: ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Se. vidus actus eiusdem humilitatis est, confiteri in aliquibus rebus suam ignorantiam, nec dedignari dicere: se ignorare aliquid de quo interrogatur, disputat, aut agit. Cū sit certum, quòd non omnia sciat: qui autem nescit, & retinetur dissimulatione, vt id non aduertatur, in iudicium dat, quod sit superbus, tinearque pudorem ex sua ignorantia. Elifæus, etiam si tantus esset Propheta, cui Deus plurima arcana reuelabat: cum tamen ei non aperuisset mortem filij hospitis suæ, sponte suam ignorantiam est professus: dicens: *Domine celauit à me, & non iudicauit mihi.* Huic actui affinis est actus quo quis fatetur errores & ignorantias, in quas est lapsus in materia scētiarum. In quo actu splenduit heroica humilitas Sancti Augustini, cum fecit suos libros Retractionum; in quibus se non minus humi ostendit quam sapientem, siquidem confessus est, se errasse suamque deceptionē deprehendisse: Diabolica enim est superbia, quòd qui errat, suumq; deprehendit errorem, non velit illum retractare, ne conceptam de se opinionem amittat. Cum tamen in hac ipsa re multo magis illam amittat. Sapientum enim est, consilium, & iudicium mutare, qui autem mutat, iudicium præbet, se prius non rectè sensisse. Quartus actus est, exillimo alios esse se sapientiores, prudentiores, magis que spirituales; & libenter subijcere aliorum iudicio suum, & interrogare eos, quod ipse nescit, vt ipsum doceant; & cum eis conferre, eorumque iudicium petere, & libenter amplecti. Et maior est humilitas, si qui sapientior est, aliquid interrogat minus sapientē; & qui senior est, iuniorem: interdum enim qui minor est assequitur aliquid patriculare, quod maior non est assecutus, Ac propterea humilis Sanctus Augustinus (vt refertur in Decreto) dicebat: *se fecerit Episcopum paratum esse doceri ab Episcopo nec dū anniculo & iuniore.* Sed magis adhuc esset heroica humilitas, si sciens aliquid, dissimulatā suā sciētiam

b Job 32. 18

c Prover. 29.

11.

d cap. 25. 28.

2

3

e 4 Reg 4.

27.

4

e. Si habes

24. 44.

illud

illud ab alio quæretet, & cum eo consultaret: nihili faciens, quod habeatur ignorans: quemadmodum fecit Saluator noster, qui cum omnia sciret: *i sedebat in medio doctorū interrogans eos.* Quintus actus humilitatis est: non contendere aut repugnare ob inanem gloriam, nec vt videatur victor euasisse, sed vt Apostolus dixit: *g in humilitate superiores sibi inuicem arbitramur;* nec pergentes in contentione, etiam si inferiores, & victi videantur. *Time enim est ait Nazianzenus, quod quis se humiliet in vestitu cilicio, & habitu Religioso: & tamen in disputationibus cunctis se preferat hominibus ac pl. ne imperator: aut tyrannum agat, nullique omnino cedat, & supercilium vltra omnes legū doctores attollat, vellent tyrannicè cum ceteris agere, vt ipsius sequatur iudicium: ac doctrina consentiant.* Ex quo alius oritur superbiæ actus, cui fortiter repugnat humilitas. Superbus enim sollicitè inuigilat, vt nouas & inauditas adinueniat opiniones: vt sapientis nomen apud alios homines obineat: quasi de dignatus veritates antiquas sequi, & vias à maioribus tritas tenere: sed volens limites transire à Patribus nostris & Ecclesiæ Doctoribus constitutos: idq; magno cum periculo incidendi in graues illusiones, & errores, vt fufius dictum est Tomo 2. Qui autem humilis est, libenter tenet viam regiam, & communem Doctorum: ac proinde suspectas habet proprias inuentiones, si ab antiquis recedant: & satis existimat se sciturum, si assequatur quod illi sciuerunt & tradiderunt; & potius vult Prædecessorum esse discipulus, quàm nouitatum Magister pro suis successoribus.

SEPTIMVS actus est, ita probabiles suas opiniones sequi vt non contemnat sequentes contrarias; neq; eos damnet tanquam ignorantes, aut temerarios, sed permittat vnumquemq; suum sequi iudicium ac sensum; etiam si proprio ipsius aduersum in rebus, quæ non sunt a portæ ac certò contra fidem, aut bonos mores. in hoc enim sensu dixit Apostolus: *h qui manducat, non manducantem non spernat; & qui non manducat, manducantem non iudicet: sed vnusquisque in suo sensu abundet,* ita tamen vt alteri non noceat: voluit enim Apostolus dicere, vt explicat S. Thomas: qui existimat licitum esse manducare de omnibus cibis in antiqua lege prohibitis, eò quod illa iam cessauerit: sequatur suam iudicium & opinionem; nec tamen contemnat, aut condemnet alterum aliter sentientem. Qui autem asserit non esse comedendos tales cibos, ne debiles scandalizentur, non condemnet alterum, nec eum iudicet ignorantem, aut incautum: est enim superbia temeraria ita pertinaciter suæ adhærere opinioni: vt condemnet non sequentes eam. Nam quod vni rerum videtur, alteri videtur falsum propter aliam rationem æquè probabilem, atque est ipsius. Ac proinde non decet alium contemnere, sicut nec ipse contemni vellet; sed sinat eum sequi suum sensum: dum non constat certò eum esse falsum

Luc. 2. 46.

5
g Philip. 2. 3.

6

Tract. 1. c. 15

7

h Rom. 14.
35.

Et hac ratione etiã cum diuersitate iudiciorum conseruari potest, vt iam diximus, vnio voluntatum, & pax quæ fructus est charitatis, & amicitie Christianæ. Ex omnib. prædictis facile apparet veritas illius Apostoli sententia, qua dixit: *scientia inflat, charitas verò ædificat*; Quomodo autem ædificat? iactò profundo humilitatis fundamento, projiciendo ex corde omnem vanitatis ventum, quem sola scientia solet excitare. Et super hoc fundamentum exurgit ædificium omnium ministeriorum, quibus eruditio litteraria est vsui: quia charitas simul vititur scientiis & virtutibus. In quem sensum dixit etiam S. Augustinus: Quid ergo? scientiam fugere debetis, & electuri estis nihil scire, potius quàm inflari? vt quid vobis loquimur, si melior est ignorãtia, quàm scientia &c. Ergo a mate scientiã, sed antepone charitatem. Ibi inflat scientia, vbi charitas nõ ædificat, vbi autè ædificat, solidata est. Quasi dixerit. nõ est deserenda scientia ob timorè vanitatis, cū sciẽtia sit melior, quàm ignorãtia: sed amada est scientia, pluris tamè faciẽda charitas: nisi enim hæc ædificet, illa inflat; si autè charitas ædificat scientia erit solida innixa firmo humiliaris fundamẽto. Et scribens idẽ sanctus ad Dioscorũ hominẽ curiosũ, ac deditũ studijs Philoſophorum, concludit: viam assequendi veritatẽ & sapientiam celestẽ: esse humilitatem: & secundo dico, esse humilitatem, & tertio: etiam esse humilitatem: & si millies de hac via interroger, semper dicam, esse humilitatem: nisi enim illa præcedat, comitetur, & sequatur bona nostra opera: superbia, quæ eius est hostis, omnia corrumpit ac destruit: ideo quæ scientia sine humilitate est vana curiositas. Alios huius virtutis magis peculiãres actus ponemus interius capite I. I. eò quòd magis propriè spectent ad Prædicatores.

CAPVT VII

DE VERITATE AC DOCTRINA, ET MODO EAM tradendi; qui in Magisterio Christi Domini nostri præluxit & quæ ratione ceteri Magistri ac Prædicatores in hoc debeant illum imitari

a Isaiã. 30
10.
b c. 55. 4.
c Isaiã. 2. 28.
d Ioan. 18. 7



VNUM EX PRÆCIPVIS OFFICIIS, QUAE PROPHETAE Christo Seruatori nostro attribuerunt, fuit Magistri & a Præceptoris hominum, & b gentium, ac c Doctoris Iustitiae quia venit in mundum vt eam eminenter doceret, & d testimonium perhiberet veritati: quæ obſcurata valde erat & oppreſſa in terra. Qui cum eſſet ſapientia infinita, cum tanta excellentia officium hoc præſti-

tis, tam

tit, tam quoad ipsam doctrinam quam docuit; quam quoad modum eam docendi: vt sibi soli reseruauerit hoc nomen, cum suis discipulis dixit *Magister vester vnus est Christus*: in cuius pectore cū infinita præstantia sculpta fuit solennis illa inscriptio: *doctrina & veritas*: quā antiquus Summus Sacerdos gestabat in suo pectorali, quod vocabatur *Rationale iud. c. ij* quod erat circumdatum duodecim preciosis lapidibus: quia non potest cogitari doctrina & veritas, quæ cum illa, quam ipse habuit, conferri possit: eò quod illa sit excellentissima, sanctissima, vtilissima, ac certissima omnium quæ cogitari possunt. Modus etiam, quo illam docuit, fuit præstantissimus, suauissimus, efficacissimus, ac potentissimus omnium, qui vnquam in mundo fuerunt. quod significabant lapides preciosissimi, qui diuinum eius pectus exornabant: neque erant sicut lapides illi cherubini, qui tantum erant nouem, qui numerus est imperfectus: nam omnis doctrina, & virtus purarum Creaturarum est limitata & imperfecta, si cum ea, quam ille habet, conferatur: sed erant duodecim lapides, qui numerus est perfectionis *g In eo enim erant* (vt Apostolus dixit) *omnes thesauri sapientia & scientia Dei absconditi*, cum omnibus gratijs ac donis supernaturalibus: & cum amplissima potestate ea communicandi & tradendi optimo modo, qui illi videretur.

§. I.

QUEM in finem voluit ipse Christus D. N. confirmare doctrinam suam, eiusque opinionem magnam & egregiā apud homines reddere duabus admirandis vijs. *Prima* fuit per talia miracula ac prodigia, quæ certum reddebant testimonium veritatis & excellentiæ doctrinæ ipsius, iuxta illud quod ipsemet Christus dixit: *a opera qua ego facio testimonium perhibent de me; & iterum: b si mihi non vultis credere, operibus credite*. Quæ opera fuerūt innumera erga oēs creaturas, cœlestes ac terrenas quas tamē possumus ad duodecim genera reducere, quæ tanquā duodecim preciosissimi & ingentis splendoris lapides exornabāt veritatem & doctrinam, quam ipse prædicabat. *Primum* opus fuit circa substantias spirituales: nam effecit, vt Angeli de cœlo descenderent, sicut factum est in ipsius Natali, ac resurrectione cum ingenti splendore, canticisque lætitiæ: expulit dæmones ex hominum corporibus cum magno imperio, in despectum ipsorum, & reparauit omnia dāna quæ illis intulissent. *Secundum* opus fuit circa ipsos cœlos, cum in ipsius passione *obscuratus est Sol, & tenebra facta sunt in vniuersa terra*: & in ipso Baptismo fuit etiam aliud prodigium, quod Euāgelista exponit cum dicit *d apertos fuisse cœlos, cum descendit spiritus sanctus sicut columba, & venit super eum & vox de cœlis audita est*. *Tertium* fuit circa elementa, cum imperauit e mari *& ventis quiescere, & ambulauit super aquas, necmersus est; & terra ipsa mota est* in ipsius pas-

c *Matth. 23.*

f *Exod. 28.*

30.

g *Coloss. 2.3*

s *Thom. 3.*

p *2. 43. n. 4*

a *Ioan. 5. 37.*

b *c. 3. 8.*

I

s *Thom. 3.*

p. 44.

2

c *Luc. 2. 3.*

44.

d *Matth.*

27. 45

e *Matth. 3.*

6.

3

e *c. 8. 26.*

Qu 2

sione

ctinam meam eis proposui tanta efficacitate rationum, tot illustri-
 onibus internis, & eiusmodi exēplis puritatis & sanctitatis vitæ: vt re ipsa
 sufficerent ad eis persuadendū, vt eam reciperent. Nam si vita S. Ioannis
 Baptiste, nullo edito miraculo, satis fuit ad confirmandam & stabilendam
 eius prædicationem: quanto magis sufficere deberet excellentissima vita
 Saluatoris, in quo splenduerunt omnes virtutes in summo gradu? Et
 nominatim duodecim illæ quas Apostolus *fructus spiritus* appellauit: qui
 sunt fructus cœlestis eius doctrinæ. *Charitas* scilicet, quæ Deum diligit
 super omnia; & proximum, sicut ipsemet eum dilexit, exponens vitam
 propriam, vt ei subueniret; *Gaudium spirituale*, quod fundatur in solo
 Creatore, reiectis creaturis; *pax* conscientiæ, quæ innititur victoriæ pas-
 sionum & cordis mundiciæ; *patientia* in aduersis, ea aggrediendo, & cum
 adueniunt gaudendo; *benignitas*, quæ bene facit, omnibus etiam inimicis
 & gratis; *bonitas* quæ se reddit amabilem ob bonam voluntatem, quam
 ostendit expeditam ab omni duplicitate & malitia; *longanimitas*, quæ non
 defatigatur tolerando & faciendo quod oportet, propter temporis diu-
 rnitatem; *mansuetudo*, quæ iram comprimit, & hominem reddit bland-
 um & affabilem omnibus, etiam si ab eis ad indignationē prouocetur;
fides heroica, quæ magnā fiduciā sperat, & aggreditur egregia facinora, &
 expectat diuinarum promissionum expletionem; *modestia*, quæ humili-
 ter & grauitè moderatiōem adhibet in omnibus rebus hominis exte-
 rioris ad omniū edificatiōem; *continentia*, quæ abstinet à multis rebus
 etiam licitis, minus tamen perfectis; cohibetque propensionē & passi-
 ones suas; ac denique *castitas* Angelica, quæ in carne uiuit cum puritate
 spiritus. In his duodecim uirtutibus consistit ueritas vitæ, quæ doctrinæ
 ueritatem & celsitudinem confirmat; & preciosis hisce lapidibus ad eō
 exornatur & splendida ac pulchra redditur: vt audientes alliciat ad ac-
 cipiendam & amplectendam. Ex quibus oriebatur admirandus ille mo-
 dus, quo Christus Dominus noster prædicabat ac docebat, sicut potestatem
 habetis magna scilicet auctoritate, & tanquam Dominus, & magna spi-
 ritus libertate: non prætermittens dicere ueritatem propter humanos
 respectus: quemadmodum etiam ipsius hostes falsi sunt dicentes ei: *Ma-
 gister, scimus quia uerax es, & uiam Dei ueritate doces, & non est tibi cura de
 aliquo: non enim respicis personam hominum: hoc est, omnibus diebus liberè
 quod sentis; non respiciens diuites nē sint, an pauperes; magni, an parui;
 docti an idiotæ: sed quasi omnibus superior, ita loqueris.*

Ioan. 10. 41.

Gal. 5. 22.

Math. 7. 29

c. 22. 19

S V T E R omnes prædictas excellentias habuit supremus noster Magi-
 ster aliam valde præstantem, potestatem scilicet faciendi Magistros ex-
 cellentes, qui ipsius doctrinam eodem docerent modo, quo ipse eam do-
 cebat, in quantum poterant ipsum imitari. In quem finem duo decimele-

git Apostolus, qui fuerunt primi Magistri, ac predicatoris Euangelij lapides preciosi & fundamentales Ecclesiae: in quibus (vt ait S. Ioan.) *erant nomina duodecim Apostolorum Agni*; qui etiam significabantur per duodecim lapides preciosos, qui erant in *Rationali iudicij Summi Sacerdotum*, in quo erant sculpta nomina duodecim filiorum Israhel. Noster enim Summus Sacerdos Iesus, habuit illos semper sibi coniunctos & vnitos; eisq; communica- uit excellens suum Magisterium: vt progredierentur in opere, quod ipse inchoauerat; & post illos successerunt alij in eodem officio, fundantes (vt dixit Apostolus) doctrinam suam super fundamentum Apostolorum, & super lapidem angularem, qui est Christus.

§. II.

HOc exemplar, quod sibi debent ob oculos ponere omnes Magistri & praedicatoris Euangelici: vt quantum fieri poterit, se conforment: tam quoad doctrinae substantiam, quam quoad modum docendi & confirmandi, sculptentes in corde suo inscriptionem illam: *doctrina & veritas*, cum eo iudicio, ac prudentia, & modo quae illi exigat, & praestanti illo ornatu, quem illa habet. Pro cuius explicatione supponendum est, triplicem (vt ait S. Hieronymus) esse veritatem, & vitam: alteram iustitiae, tertiam doctrinae. *Prima* (vt ait S. Thomas) in eo consistit, vt vita conformetur cum summa veritate, quae est Christus Dominus: conformando cogitationes, verba & opera sanctae ipsius legi, & reliquis obligationib. status & officij vniuscuiusque. Hoc enim est quod Rex Ezechias appellauit: a *ambulare in veritate coram Deo*: & idem voluit S. Ioannes, cum dixit: *maior non habeo gratiam & gaudium, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare*. conformantes vitam & mores suos veritati, quam illis praedicamus: nam qui aliter viuunt, non in veritate, sed in mendacio ambulant: degenerant enim a Fide & Religione, quam profitentur; & vocantur mendaces, deceptores, aut hypocritae: de quibus dicitur *quod non intrabuunt in caelum, qui faciunt mendacium*. Veritas haec spectat vniuersim ad omnes Christianos, estque reliquarum virtutum fundamentum.

SECOND A veritas, quae dicitur *IUSTITIAE*, consistit in seruanda plenè iustitia erga proximos confirmando scilicet omnia sua dicta & facta cum ijs, quae leges erga obseruanda constituunt. Et haec magis proprie spectat ad Tribunalia Ecclesiastica & spiritualia: in quibus iudicatur & fertur sententia iuxta ea, quae intelliguntur esse vera secundum ipsas leges; nulla facta alicui iniuria, & absque acceptatione personarum nec spectando veritatem & iustitiam ob timores aut respectus humanos. Et quoniam sacerdotes antiqui erant iudices, ad quos populus accedebat in suis controuersijs, qui iudicabant iudicij veritatem cum magna penite-

Apoc. 21. 14
19.

Exod. 23. 17

Ephes. 2. 20.

I
Apud S.
Thom. 2. 1.
q. 2. 09. a. 3.
ad 3. q. 4. 2.
ad 2.
a. Isai. 38. 3.
b. Ioan. E.
pist. 3. 4.

c. Apoc. 21.
27. & c. 21.
15.

2

d. D. ut. 17
9.

te: voluit Dominus noster locum illum, in quo erat illa inscriptio: *veritas & iustitia*, vocari *Rationale iudicij*, hoc est locum, in quo iudicium fit secundum rectam rationem ac prudentiam; imitando supremum iudicem de quo dicit Apostolus: *et scimus quoniam iudicium Dei est secundum veritatem*. ita vt nunquam eius curam deponat, sed vnique det quod secundum opera sua est promeritus: & seruet leges, quas in eum finem constituit. Pertinet quoque hæc veritas ad aduocatos, qui patrocinari debent causæ, quam iudicant esse veram, ac iustam, iuxta legem iustitiæ: vtentes scientiâ suâ ad eas non destruendas, sed defendendas; & proferentes in lucem ipsam veritatem, vt ei deferatur: propterea enim Spiritus Sanctus simul vocatur *Paracletus*, quod significat aduocatum, & spiritum veritatis: vt Iurisperiti intelligant se ita debere causas suscipere, vt sint Spiritus veritatis, cui nunquam repugnent.

TERTIA doctrinæ veritas pertinet ad Magistros ac Doctores, qui eam alios docent. Et hæc veritas consistit in eo, vt sit ei conformis, quam dicat lumen tam naturale rationis, quam fidei: ita vt nunquam recedat ab ijs rebus, quæ vtroque hoc lumine notæ sunt, & reuelatæ, sed in omnibus sese conformet cum ijs, quæ scribit ac docet Ecclesia Catholica, quæ Apostolus vocat *columnam & firmamentum veritatis*: quia gubernatur à Spiritu Christi, qui est veritas infallibilis & fundamentum veritatum ac virtutum omnium, quas habere ac docere debet ipsius Doctores ac prædicatores: dicente Apostolo: *fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus*. Qui statim subiungit: *iustos super edifice* *super fundamentum hoc, aurum, argentum & lapides preciosos*. Quod explicat S. Thomas de operibus quæ spectant ad veritatem & sanctitatem vitæ; verborum & rationum, quæ pertinet ad veritatem & puritatem doctrinæ: Veritas enim & bonitas vitæ in eo consistit, vt aedificentur super Christum Dominum nostrum aurum charitatis, & amoris Dei; & contemplatio diuinarum ipsius perfectionum; & argentum puritatis conscientiæ, & meditatio verborum Dei, ac diuinorum eius operum; & preciosi lapides obedientiæ diuinis eius præceptis, simul cū exercitio variarum virtutum. Studendo in his omnibus confirmare se cū vita ipsius Christi D.N. & igniti eius gratiæ & auxilio, nõ autem industriæ propriæ. Super idem fundamentum collocari debet veritas doctrinæ, quam docet, reducendo eã ad tres alias res similes. Nam aurum est doctrina rerum pertinentium ad diuinitatem & Trinitatem Dei: ad magnitudinem eius perfectionum & ad mysteria sanctissimæ eius humanitatis: vt sic tradatur populo illa cognitio de qua ipse Saluator dixit: *hæc est vita æterna: vt cognoscant te solū Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*. Argentum est doctrina, quæ interpretatur & explicat verba Dei, quæ sunt in Scriptura Sacra: tam ea

quæ

Rom. 2.2.

3

1. Timot. 3.
15.

1 Cor. 3. 1

ibi lect. 2.

h. ioh. 17. 3

1 P^{sal.} 11. 17.k P^{rom.} 10.20^a

quæ locutus est per vnigenitum filium suum, quam quæ dixit per suos Prophetas, Apostolos, & Euāgelistas: de quibus dixit Dauid: *i eloquia Domini esse argentum igne examinatum septuplum*, propter puritatem & veritatem, quam continet absque vilius fallitatis, aut malitiæ admixtione, Et de iusto ea docente ait Salomon: *k argentum electum lingua iusti*, eo quod magna cum sapientia & prudentia loquatur. Lapidis preciosi sunt doctrina, explicans quidquid pertinet ad Virtutes, Sacramenta, Sacramenta, Præcepta, & reliquas res, quæ sunt media necessaria aut convenientia ad nostram salutem & perfectionem: & quemadmodum inter res corporales aurum, argentum, & lapides preciosi eam habent præstantiam, & emulsiōtiam, vt sint solidi, pleni, clari & splendentes iucundi, pulchri, & magis valoris apud homines: ita etiam vita ac doctrina fundanda supra fundamentum adeo excellens & præstans, atque est Christus, debet esse solida, splendens, pulchra, valdeque preciosa: vt bene correspondeat multitudinij & valori ipsius fundamenti, & cū eius exemplari sese conformet.

L A T E T autem aliquod mysteriū in verbo *super edificandi*, quo vsus est Apostolus, voluit enim significare, quod quædam modū edificium non fit ex vna aliqua re tantū, sed ex diuersis materialibus aptatis & ordine suo collocatis: ita etiam vita iustorum, & doctrina, quam Magistri & Concionatores in Lectionibus & Concionibus suis tradunt, debet esse tanquam edificium quoddam, non ex auro solo aut argento, aut preciosis lapidibus sed ex omnibus simul magno ordine ac dispositione collocatis, aptatis singulis, & eo ornamento accommodatis, quo par est: eum in modum quo dicitur in canticis, *l Murenas aureas faciemus Sponse, vermiculatas argento*: coniungendo scilicet charitatem, obedientiam & doctrinam de diuinitate & humanitate, ac de operibus & virtutibus ipsius Dei: additis etiam vmbri vitiorum, & humanarum miserationum: vt virtutes & beneficia diuina magis emineant & splendeant.

E x q u o fit, vt cum Magistri & Prædicatores non possint ordinariæ autoritatem sibi conciliare, nec doctrinam, quam prædicant, confirmare duodecim preciosis lapidibus miraculorum, quæ nosse Saluator edidit: quia huiusmodi neque sunt nunc inter Christianos necessaria: nec omnibus facultas conceditur ea patranda: curare debet eam opinio doctrinæ suæ adferre, eamque confirmare duodecim alijs preciosis virtutum lapidibus, quas ille præstitit: in quibus consistit veritas & sanctitas vitæ: imò vicem subeunt miraculorum ad autoritatem Magistro conciliandam, eiusque doctrinæ veritatem confirmandam, videtur illud Apostoli: *m signa Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigijs, & virtutibus*. vbi signa sui Apostolatus vocat nō solum signa & prodigia, sed etiam patientiam in omnibus aduersitatibus, &

1 Cans. 1. 11.

m 2 Cor. 12.
12.

persecutionibus, & opera virtutum heroicarum, quæ excedunt ipsa prodigia: nam illa, etsi opinionem adferant doctrinæ, quæ traditur: non tamen semper opinionem generant ipsius, qui illa edit: cum etiam n *improbis* faciant *interdum vera miracula* ad confirmandam fidem: at insignes ac excellentes virtutes vtrumque præstant, valdeque disponunt ad hoc vt Christus Dominus noster communicet sex illas diuini sui Magisterij excellentias, in quibus perfectus docendi modus consistit. Quæ excellentiæ sunt *authoritas* apud auctores, ad loquendum cum eis cum potestate & superioritate: *libertas* spiritus in dicendo, quod sentit; *prudencia* & discretio in docendo vtrūque; quæ ei conueniunt, iuxta eius capacitatem; *vis* in persuadendo & conuincendo intellectu fortissimis rationibus; *efficacia* in permouendis volūtatibus, & cordibus. ac deniq; *iustitia* & rectitudo in sentiendo & iudicando absque personarū acceptance, & humanis respectibus. quemadmodū ipse Saluator dixit Phariseis: *o quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Quasi dixerit: at dedit quod vitæ innocentia, & veritas doctrinæ auctoritatem adferant Magistro, vt fides ei adhibeatur; & ex seipsis persuadent, conuincunt, & ad credendum impellunt: ita vt magna cum libertate liceat ei incredulum reprehendere. Ac propterea Apostolus scripsit discipulo suo Tito, dicens: *p in omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate ingratitate?* & paulò post subiicit: *hac loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.* Virtutum enim præstantia & excellentia etiam si tu sis iuuenis adfert senectutem, auctoritatem, & libertatem ad hæc omnia. In quæ verba ait S. Gregorius: Apostolum non loqui de imperio, quod oritur ex superbia, sed ex bonitate & veritate vitæ ac doctrinæ: *cum imperio*, inquit, *docetur, quod prius agitur quàm dicatur.* Nam doctrinæ subtrahit fiduciam: quando conscientia præpedit linguam; nam mala conscientia hominem reddit elinguem & cor timidum. Ac propterea Redemptor noster cum summa q *potestate* prædicabat: quia ab omni peccato mundus erat, & *potens in sermone*, quia talis etiam erat in opere. Hæc S. Gregorius.

DENIQUE cum ad Christum D. N. pertineat (vt diximus) suprema potestas creandi Magistros sibi similes. & qui ipsum in doctrina & modo eam tradendi imitentur: ad ipsam est recurrendum, vt vtrumque hoc largiatur, & communiect. Nam si volens ædificare arcam testamenti, & vala Tabernaculi, vocauit & elegit artifices aptos & peritos, & de quodam illorum dixit: *impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum quicquid fabricari potest ex auro & argento & gemmis &c.* Cui etiam assignauit alium socium eisdem donis exornatum: quando igitur magis Christus Dominus noster, quos vocauit & elegit ad

n Mat. 12.
22.

Sex Magisterij
excellentia.

o Ioan. 8.
46.

p Tit. 2. 7. 15

Lib. 23. Mo-
ral c. 7.

q Mat 7 29.
Luc. 14. 19

5
f Exod. 31. 3

t. Iob 38. 36

Lib. 30. Moral. c. 1. Ep. 3. Pastoral. c. 5. & 6.

spirituale animarum ædificium fabricandum, implebit spiritu suo ac donis, quæ vocamus Sapientiam, Intellectum, & Scientiam: vt ex auro, argento, & preciosis doctrinæ suæ lapidibus conficere possint suas conciones & exhortationes; & quicquid opus est ad lucrandas animas, que sunt arcæ viuæ, & vasa electa: in quibus deponit ipse thesauros gratiæ suæ. De hoc enim multum gloriabatur dicens Sancto Iob: *Quis posuit in scripturis hominis sapientiã? vel quis dedit gallo intelligentiam?* Annon ego? Per gallum autem (vt explicat S. Gregorius) intellexit Prædicatorem Evangelicum: qui dormientes & oppressos somno peccati, aut pigritiæ, excitat & stimulat: cui Deus largitur scientiam, & modum docendi sicut oportet: vt finem consequatur, quem intendit. Gallo, inquit, intelligentiæ de super tribuitur: quia Doctore veritatis virtus discretionis vt nouerit quibus, quando, vel quo modo inserat, diuinitus ministratur, ita hæc quatuor attendens, & accommodans: vt eius doctrina fructum auditoribus adferat. Quamuis autem quicquid diximus sit Dei donum: sunt tamen etiam necessariae industriæ nostræ, & in singulis rebus multæ sunt circumstantiæ de quibus in particulari agemus in capitibus sequentibus.

CAPVT VIII.

PRVDENTIA ET DISCRETIO IN SEPARANDA

Doctrina preciosa à vili, docendo & predicando preciosam tantum & utilem, accommodatam capacitati & necessitati auditorum.



IVRE OPTIMO DEVS DOMINVS NOSTER requirit, vt doctrina & veritas, quam Magistri, Prædicatores, & Ecclesiæ Prælari docere debent, reponatur in tali pectore, quod possit appellari *Rationalis iudicij* prudenti scilicet discreto, & cauto, quod gubernetur à ratione & attenta consideratione; discernendo inter ea quæ docturum est, & separando doctrinam veram à falsa, bonã à mala; grauem ab inani; vtilem à noxia & preciosam à vili & contempta; iuxta illud Ieremiæ: *a si separaueris preciosum à vili, quasi os meum non loquetur.* Doctores & Prædicatores sunt os Dei, per quos loquitur ipse et Christus spiritus Patris eius cælestis: & quemadmodum Christus Dominus non loquitur, & spiritus Sanctus nunquam loquuntur doctrinas falsas, impias, vanas, aut impertinentes; sed veras, sanctas, graues, valdeque con-

a Ierem. 15. 9.

uenientes

uenientes iuxta sapientiam, sanctitatem, & amplitudinem loquentis: ita eius Prædicatores & Magistri nec loqui debent, nec docere, nisi quod dignum sit quod Deus per illos loquatur, ac doceat præcipue cum quicquid loquendum eis est, fundari debeat supra preciosissimum fundamentum, quod est ipse Christus: super quem solum est ædificandum aurum, argentum, & lapides preciosi, sicut Apostolus dixit, & proximò capite retulimus: est enim ingenti eius præstantia & excellentia indignum ædificare super illud b ligna, fœnum, & stipulam; per quæ tria S. Thomas intelligit nō solum peccata, quæ ex diuitiarum cupiditate, voluptatibus, vanisque honoribus proueniunt; sed etiam viles & contemptas doctrinas, quæ aliquo modo sunt affines sapientiæ illi, quam superius appellauimus terrenam, animalem, & diabolicam. Ligna censentur esse doctrina terrena, docens opiniones valde laxas in materia morum; præbendo occasionem labendi in cupiditates, & ambitiones, ad acquirendas diuitias & honores. Fœnum viride, est doctrina iucunda, & grata appetitui carnis tendens potiùs ad placendum auribus, quam ad imprimendas veritates pluriusque facit verborum virorem, quam sententiarum præstantiam: ideoque fabulas & nugas miscet, hoc est figmenta rerum admirabilium. ad reuerendum solum, absque alio in moribus fructu. Stipula est doctrina inanis & vacua, quæ solum habet aliquid in specie, & primo affectu, vt dicitur: quam aliqui Prædicatores miscent cum doctrina solida fidei, adiuuantes explicationes scripturæ, sententias & modos loquendi ex proprio iudicio, & phantasia perturbata, quasi somniantes: quas tamen sententias proponunt quasi esset aurum, aut argentum, ac doct in aipsummet Dei. Contra quos ait ipse Dominus per Ieremiam; c *Propheta, qui habet somnium, narrat somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. Quid paleis ad triticum? dicit Dominus. Hoc est qui aliquam cõcepit in suis cogitationib. quæ sunt tanquam somnia vana absq; vlla veritate ac certitudine: quia procedunt ab alio humore aut capitis debilitate, & à corde passione aliqua infecto: is inquam loquatur talia quasi rem suam propriam, nec vllò modo dicat esse meam: qui autem sermonem meum habet, ac doctrinam meam: loquatur & doceat illam verè, nullis admixtis fallitibus, aut proprijs imaginationibus. Quid enim habet, quod agat palea & stipula cum tritico? doctrina mea est granum solidum, cibus hominum, & animarum alimentum: vestra autem est palea vacua, & viride fœnum, propria esca bestiarum, quæ non ducuntur, nisi apprehensionibus sensu. Cur igitur re adeo vile rei adeo preciosæ admiscetis? & quod est merè somnium cum solida veritate? Et quod est sapientia vere cœlestis cū sapietia terrena & animal? Et cur audetis sōnia vestra quasi veritates proponere, & stipulas vestras quasi grana? decipientes hoc modo popu-*

bi. Cor. 3. 12

c Ierem. 23.
28.

lum simplicem? Nunquid non verba mea sunt & quasi ignis, quasi malleus conterens petram? verè enim quasi ignis illuminant & inflammant spiritum, & comburunt consumuntq; vitia & carnis passiones; & quasi malleus conterunt corda dura sicut petras; & comminuunt contritione ac dolore peccatorum. Quomodo igitur meam coniungitis cum doctrina vestra, quæ fouet carnis appetitum, & spiritum indurat? non penetrat corda, & solum hæret in auribus. Hæ sunt querelæ Domini Dei nostri contra filios Prophetas, loquentes & prædicantes ex suo tantum capite, vt populo blandirentur. Quamuis & ipse populus particeps erat illius culpe, qui vt plurimum auersionem & odium quoddam contra veritatem habet, quæ pungit & mordet; ac proinde etiam contra ipsum Prædicatorem, eam proponentem: quia non vult audire nisi quod recreat: & magnificè diligit quæ Prædicatorem qui in hac re excellit, illum quæ ad id propuocat. Quemadmodum refert Isaias: *g qui dicunt videntibus, nolite videre; & aspicientibus: nolite aspicerere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores.* Ijs enim quibus ex officio suo incumbit attendere, studere, & alios docere: dicunt: ne laboretis in querendis rebus iustis, quas nobis proponatis, sed dicite res iucundas, & quæ nos recreent, etiam si falsæ sint: non enim in eo laboramus vt sciamus: an sit verum, an falsum quod dicitis; sed: an sit nobis iucundum, aut graue, aut molestem illud audire. Potius enim volumus audire quod falsum est, modo sit dulce ac iucundum, quàm quod est verum, si acerbum est ac displicet. Hoc quod Isaias dixit de sui temporis auditoribus, prædixit quoque Apostolus de temporibus futuris, dicens discipulo suo Timotheo: *e erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi Magistros prurientes auribus.* Et valde proprie, & ad rem (vt aduertit S. Thomas) vsus est Apostolus verbo illo *coaceruandi* Magistros: vt significet, quod eos accipiunt absque vlla electione, quamuis improbi sint, idioæ, & homines triuales, ac indigni tali Magisterio: vt nunc sit apud Hæreticos, nihil aliud cogitantes, aut attendentes, nisi vt placentia ac delectatione ipsis dicantur. *A veritate, inquit, auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu autem Timothee: vigila, in omnibus labora, opus fac. En: vigilas, ministerium tuum imple: & permane in ijs quæ didicisti, & eadem doces: gemptas & aniles fabulas deuita: quasi Prædicatori dixerit: tu de prudenti precioso à vili separare; doctrinam vtilem à fabulosa; cœlestem ac diuinam à terrena, & diabolica; aurum, argentum, & lapides preciosos à lignis, fœno, & stipula. Ministerium tuum imple. sermones tuos selectones doctrinæ veræ solidæ vtili, valde quæ preciosa absque admixtione inanis, inutilis, & contemptibilis: sic enim eris os Dei, ac dignus Iesu Christi Minister.*

d/Isai 50.10

c 2. Timo.

4. 6.

f 2. Tim 3.

14.

g 1. Tim.

4 7.

§. I.

VLTERIUS tamen progredi debet prudentia ac discretio Magistrorum, ac Prædicatorum, vt exactè suum impleant ministerium: cõ quòd doctrina ad id requisita multa complectatur: quæ deducimus ex insigni illa Seruatoris nostri parabola, qua dixit: *a omni scriba doctus in regno celorum similis est homini Patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.* In qua præsupponit quemcunq; Magistrũ ac Prædicatõrẽ eruditũ & prudentẽ debere in sua memoria & intellectu deposita habere multã doctrinã & magnã copiã veritatũ, quas suo tẽpore in lucẽ proferat suãq; doceat familiam: vnusquisq; n. de ijs loquitur, quæ in corde suo reposita hæbet. Et *b bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.* Prædicator autẽ Apostolicus nõ malũ sed bonũ thesaurum reconditũ habere debet: propterea enim appellatur *doctus in regno celorum*, cuius tota doctrina est de rebus ad regnum celorum pertinentibus. Ex quo plurima sciri possunt ac thesaurizari, & omnia valde preciosa. Et *Primum* quidem quod ad ipsum regem spectat, qui regnum ipsam instituit, & gubernat. Deus trinus & vnus, & Iesus Christus Saluator noster. *Deinde*, quod spectat ad ipsummet regnum, quod duas habet partes: alteram magis præcipuam, quæ est congregatio Beatorum in celo Empyreo: & vocatur Ecclesia triumphans: quia est locus, in quo verè triumphatur & redditur præmium & merces exhibitorum obsequiorum; & corona victoriæ obtenta in certamine. Altera pars est congregatio hominum in vna fide & Christiana Religione vnitorum, quam professi sunt in Baptismo, & vocatur Ecclesia Militans: quia est locus pugnæ & certaminis contra hostes, dæmonem, mundum, & carnem. Et in hoc regno sunt leges, quibus gubernatur; sacrificia, quibus honor Deo defertur; & Sacramenta, quæ sanctificant animas. Et quoniam in eo sunt boni & mali, habet in hac vita suum Tribunal, vt de illis iudicet; & in altera erit aliud iudicium multò seuerius; & duo carceres, alter temporalis, qui dicitur Purgatorius: in quo purificantur iusti, amici Dei; alter æternus, qui dicitur Infernus: in quo puniuntur peccatores. Denique varias habet scripturas: quædam sunt quasi Annales rerũ, quæ in ipso regno euenerunt. Alię continent leges, præcepta, & cõcilia quæ seruare debent viuentes in ea; aliæ explicant quicquid pertinet ad reliqua, quæ habentur in ipso regno, ad eius pulchritudinem & perfectionem. Totum hunc doctrinæ thesaurũ habere debet Magister & Prædicator doctus in rebus regni celorum, quas Christus Dominus noster duobus illis verbis *noua & vetera* complexus est. Et quamuis (vt S. Augustinus aduertit) si temporis ordinẽ aspiciamus, prius oportuisset *antiqua* ponere, quàm *noua*: si tamen respiciamus rerum dignitatem, *noua* fuerunt præferenda: si.

a Matt.
13. 52.b Matt. 12.
3.lib. 20. de ci
uit. c. 4.

e Cant. 7.
13.

I
S S. Hieronymus. & Hieronymus. ibi.
S. Augustinus. lib. 99. in Matt. c. 16. Tom. 4. S. Gregorius. Homil. 11. in Euang. d. Exod. 25. 20.

cut etiam ea prætulit sponsa in libro Canticorum, cum suo dilecto dicitur: *omnia poma noua & vetera seruaui tibi*: In modo tamen ea in lucem præferendi nullus est certus temporis ordo: interdum enim aliæ prius, interdum autem aliæ sunt proferendæ. Et hic suam prudentiam ostendit petrus, & prudens Magister in hoc regno. vocatur autem non in *S. tibi*, ut intelligat (iuxta mentem S. Hieronymi) se debere esse quasi Notarium & Amanuensera Christi Domini nostri, quem per manus ipsius Prædicatorum scribit suas veritates in cordibus fidelium. Debet tamen esse Notarius dexter ac prudens, ut eas scribat sicut oportet.

ET primum per *noua & vetera* intelligunt S. S. Patres quæcunque nouum & vetus Testamentum complectuntur: in quibus debet petrus Magister esse benè versatus, & reposita habere in suis thesauris. ut ea deprobat in suis concionibus, nunc hæc, nunc illa; nunc ostendendo admirabilem harmoniam & cõcordiam, quam vtrumque Testamentum inter se habent: quia alterum implet, quod alterum prædixit; nam ita sibi mutuo correspondent, quæ admodum corpus & umbra; & veritas eiusque figura. Sunt enim sicut duo Cherubini cœlesti sapientia pleni, qui cooperiebant Propitiatorium, Christum Dominum nostrum, & respiciebant se mutuo summa amicitia & concordia. Quod si in aliquo videantur dissensio rei veritate non dissentiunt: est autè magnæ prudentiæ ea cõponere & cõcordare. Interdum cõferet res vtriusque Testamenti ad ostendendâ excellentiâ noni supra vetus in legib. legislatorib. præmijs, sacrificijs, Sacramentis, Prædicatoribus, & locis destinatis vtriusque seclatoribus. Nam in Testamento veteri lex erat timoris, quæ nullum faciebat perfectum. Legislator Moyses, seruus in domo ipsius Dei; præmia & motiua erant bonæ temporalia; sacrificia, carnalia animalium; Sacramenta, elementa inania, quæ etsi gratiam significabant, non tamen eam largiebantur; Prædicatores, Prophetæ & Sacerdotes, qui non profitebantur consilia perfectionis, nec ea populo prædicabant; locus ad quem pergebant, erat limbus quia cœli portæ non erant aperta. Omnia hæc merito appellantur *vetera*, quia non exuebant vetustatem hominis veteris; nec iustificabant eorum Professores. Quod si quid boni & sanctitatis habebant, id proueniebat ex virtute auctoris noui testamenti, qui fuit Christus, verus Deus & homo. Cuius lex est amoris, faciēs homines perfectos; cuius motiua sũt bona & præmia spiritualia & æterna; Sacrificia sunt corporis & sanguinis ipsius Saluatoris infiniti valoris & precij; Sacramenta sũt plena gratia, & cõtinent quod significat, & significat quod dant; Prædicatores fuerunt Apostoli & erũt successores, profitētes celsissimâ perfectione; locus ad quẽ perueniunt, est regnũ cœlorũ, quo fruũtur statim post mortẽ. Quæ omnia sunt noua, & renouans animas ad similitudinem noui & cœlestis hominis.

Hæc

Hæc debet primo loco in lucem proferre Magister & Prædicator Evangelicus, eò quòd sint magis conuenientia & vtilia, & felicitis nostri temporis propria: quod e multi Prophetæ & Reges & iusti antiqui de siderarunt videre & non viderunt: est autem magna felicitas ea iam vidisse & populo Christiano agnoscenda proponere & explicare: vt omnes f exuant veterem hominem, & antiqua operi; induant verò nouum hominem, opera eius.

SED quoniam in vtroq; Testamento sunt etiam aliqua scripta, quæ alio nomine noua & vetera dici possunt. S. Gregor. ait: noua vocari veritates spectantes ad amorem, & spem præmiorum æternorum in cælo; vetera autem illas quæ spectant ad timorem & minas. Et vtræque sunt docendæ populum Christianum, sicut ipsemet Saluator noster faciebat, proponens parabolas productas ex finitis sapienciæ suæ thesauris. vult tamen primo loco proponi præmia, tanquam propria nouæ suæ legis, quæ est amoris. Ac propterea iussit suos discipulos pro argumento ac themate suæ prædicationis accipere sententiam illam, quam & ipse acceperat: *g penitentiam agite, quoniam appropinquauit in vos regnum Dei* In secundo autem loco ponit minas pœnarum, quando proposita præmia non sufficiunt. Aptè autem eis competunt nomina rerum nouarum & veterum: senectus enim est miseria, ac dispositio ad mortem, quæ fuit pœna peccati; spes autem præmij renouat, & virorem ac vigorem tribuit pugnanti, vt victor euadat.

Ex quo etiam prouenit, vt per res veteres intelligantur præcepta Legis naturalis, quæ sunt antiquiora, & etiam nunc durant (nam specialia legis veteris iam cessarunt) nouæ autem dicantur præcepta Legis Evangelicæ propria. Nam hoc nomine ea appellauit ipsemet Dominus, cum dixit: *h mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* Consilia etiam perfectonis noua sunt sicut ipsa lex. Hæc omnia doceri debent ac prædicari: & quidem noua, quæ sunt Euangelij primo loco: eò quòd sint nostri statûs propria. Quemadmodum ipsemet Saluator noster fecit in sermone illo, quem habuit in monte: in quo ponebat res veteres antiquorum; & statim nouas addebat, quas ipsius discipuli seruare deberent.

EXCIPIENDÆ præterea sunt ex hoc thesauro non solum veritates nouæ supernaturales, quas Deus Ecclesiæ suæ reuelauit; sed etiam veritates antiquæ scientiarum naturalium, quas Philosophi in suis libris docuerunt. Illæ enim (vt ait S. Clemens Alexandrinus) sunt quasi alterum vetus Testamentum illis datum, vt disponerentur ad veritates fidei Catholicæ amplectendas: & vt dictum est, multum conferunt ad explicandas & confirmandas fidei veritates, Ac propterea rationi consentaneum est, vt Magistri eas scientiarum rationibus fulciant, & sic reddant credibiliores, vt magis conuincant humanum intellectum, qui adeò delecta-

tur.

e Luc. 10.
24.
f Colos. 3 10

2
Homil. 11.
in Euang.

g Matt. 4.
17
Luc. 10. 9.

3
h Ioan. 13.
34.

4
lib. 1. & 6.
Stromatū

tur ipsis naturalibus rationibus. Nam & ipsa Scriptura sacra vitur fage
 his rebus naturalibus ex quibus similitudines accipit, & rationes aliquas
 deducit in eum finem, quem intendit, vt apparet in rebus, de quibus Do-
 minus noster locutus est ad Sanctum Iob; & ex parabolis, quas ipsemet
 Christus proposuit: Nam (vt S. Thomas ait) supposita firmâ voluntate
 credendi res fidei, valde ad rem est humanas rationes adducere, quibus
 ille fulciantur; & vti dictis granibusque sententijs Philosophorum gen-
 tilium, quemadmodum Apollolus aliquoties fecit; & multi sancti, quo-
 rum supra fecimus mentionem. Quamuis id totum magna prudentia
 & moderatione fieri debeat, & tanquam condimentum cibi spirituali
 adhibendum in quo præcipue apponendi sunt recentes Sacre scriptura
 cibi; parum autem ex veteribus. Ad quod significandum non volebat
 Deus olim offerri sibi *in mel in Sac. f. y. s.* quâuis permittebat offerre eius
primitias: quod erat modicum & selectum: Per mel autem (vt ait Glosa ibi)
 intelligebat eloquentiam gentilium, & doctrinam Philosophorum; cui-
 us nos debet esse magnus vsus in Concionibus, & rebus Sacris: sed mo-
 dicum & selectum quid adhibendum est. tanquam mel, quod saporem
 aliquem adferat, palato hominum, qui huiusmodi rebus delectantur
 præcipue cum aliquid tali videbitur necessarium, ad aliquos valde curio-
 sos conuincendos. Quemadmodum Apollolus accepit sententiam cu-
 iusdam Poetæ, vt Atheniensibus persuaderet, quod docebat. Et ipse De-
 us consuevit in hacre accommodare s. audientium dispositioni; vt cum
 veritatem docuit *k Philistæos per eorum Sacerdotes & Diuinos*; & per vnam
Isellam vocauit ad se *Magos*, qui erant Astrologi.

NVLVS tamen ex prædicta Saluatoris Parabola & sententia accipere
 debet occasionem cogitandi, Magistrum, & Prædicatorem debere in
 eo ostendere eruditionem suam, vt non doceat solum res veteres, sed ad-
 ferat res nouas, nūquam auditas, nec ab alijs propositas; aut modum ad-
 hibeat aded nouum, vt omnibus adferat stuporem; adferendo excusati-
 onem & pretextum, quod sic oblectentur Auditores, vt maiorem at-
 tentione audiant, quæ dicuntur. Nam (vt supra dictum est) tales nouita-
 tes potius sunt effectus cordis superbi, arrogantis, & inanis gloriæ studi-
 osi: ob honorem suum & gloriam potius quæ: cæcis, quàm Dei; ac proinde
 dedignantis proponere res antiquas, & ab alijs iam propositas: ac pro-
 pterea cõtendentis vt nouas al as adinueniat, vt magnam opinionem
 sapientis, & docti inter homines sibi comparet. Contra quos de ceterum
 fuit in sexta Synodo, vt populus doceretur Sacram doctrinâ, explican-
 do eam iuxta solum Sanctorum Patrum potius quàm recentioribus vijs
 & modis. Nullus itaque decipiatur existimâs, se debere ex suo thesauro
 proferre res nouas in hoc sensu: nam in eo potius debet proferre vetera

& iam

2.1. q. 1. a.
10.

Cap. 1.

i Leuit. 2. 11

A. Clu. 17.

28.

k 1. Reg. 6. 2.

l Matt. 2. 2.

c. 6.

j. 19.

& iam ab antiquitate comprobata, & recepta; aut talia, quæ bona rati-
 cinatione ab eisdem deducantur, nec eis aduersentur: modus tamen po-
 test esse nouus, in ratione scilicet pulchrè proponendi, in feruore spi-
 ritûs & eloquentia Christiana: cum in modum quo Dauid exhortatur
 vt m. *canticus Domino canticum nouum.*

§. II.

VENIAMVS nunc ad præcipuum scopum, in quem respexit Chri-
 stus Dominus noster, cum dixit *scribam dictum proferre de thesauro*
suo noua & vetera: vt scilicet intelligat, debere se habere copiosam doctri-
 nam ad utilitatem omnium, & suam prudenciam ostendere in proponendo
 unicuique quod magis ei cõuenit, iuxta eius necessitatẽ, capacitatẽ, & qua-
 litatẽ graduumque; persone: eũ in modũ, quo in cõuiujs varia fercula pro-
 ponuntur, vt quisque sumat cibos suo palato magis conformes. Ac prop-
 terea dixit sponsa: *a omnia poma, noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi:* vt sci-
 licet omnes fructus recentes, & antiquos distribuerem inter fideles ad
 gloriam ipsius domini, qui eos mihi dedit. In hac distributione obseruã-
 dum est, quod, vt ait S. Clemens Papa, non quælibet doctrina præpo-
 nenda sit vulgò, nec proferenda sint ex thesauro omnia simul. Eorum
 enim multitudo, ac celsitudo aliquorum posset obruere discipulos &
 auditores, nisi accommodentur eorum capacitati. Ac propterea S. Iob
 de Deo D. N. dixit: *qui ligat aquas in nubibus suis vt non erumpant pariter*
leorsum. Nubes ait S. Gregorius esse Prædicatores & Magistros, in qui-
 bus continentur aquæ sapientiæ: de quibus dixit Salomon: *c aqua profun-*
da verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ. Huiusmodi igitur a-
 quæ ligatæ sunt in his nubibus, ne pariter, & omnes simul erumpant; nec
 omnem scientiam, quam habent, simul effundant: ne eius immensitas
 aliquos debiles submerget, sed *t super eos stillando eloquium* (vt dixit Iob)
 vt paulatim fluens, fructum adferat, si eorum imbecillitati fuerit propor-
 tionata. Idem etiam dixit Apostolus: *quon potui vobis loqui quasi spiritua-*
libus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulus in Christo lac vobis potum dedi, non
escaam: nondum enim poterat u comedere. Quemadmodum igitur infantibus
 lac datur, adultis verò panis, etiam cum crusta: ita alia doctrina tra-
 denda est plebi rudi, aut in virtute Tyroni; & alia hominibus acutio-
 ris ingenij, aut qui magis in virtute profecerunt. Sicut *h in mensa templi*
ponebantur vasa diuersa in varios vsus, phiale, cyathi, & similia; quædam ma-
gna, quædam parua: ita (ait idem S. Gregorius) diuersi debent esse mo-
di prædicationis, accommo dâdo mensuram aliam paruis, aliam magnis.
 Qui enim proponit res excedentes capacitatem auditorum, ostendit se
 proprium potius honorem quærere, quàm animarum utilitatem: & de-
 ficit in prudentia, quam habere debet fidelis rerum Dei dispensator. Vt

m Psal. 95. 1.

a Cant. 7. 12.

Epist. 3. S.

Gregorius 2

P. Pastoral.

c. 4.

b Iob 26. 8.

lib. 17. Mo-

ral. c. 14.

c Proverb.

18. 4.

f Iob 29. 22.

g 1. Corint.

3. 1.

h Exodi

7. 16

lib. 3. Moral

c. 1.

i Luc. 12. 41
S Greg: p
Pastor c 5.
Ep. 2 c. 4.
i 1. Corint
2. 5.
k Isaiæ 28. 9
Hebra 5. 12

2

I Matt' 9. 17

m Luc. 5. 39

3

n Ioan 16
12.

enim ipse Saluator dixit: i fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, dat unicuique in tempore triticum mensuram: hoc est mensuram doctrinæ cuius est capax; & quidem ita in tempore, ut sit utilis: paruis mensuram paruam, ne nimium onerentur; maioribus maiorem, ne esuriant si minus datur. Propterea enim dixit Apostolus: i sapientiam loquimur inter perfectos: arcana scilicet sapientiæ Diuinæ proponimus ijs, qui iam profecerunt, & sunt eius capaces: eo quod k sint ablactati à lacte, & auulsi ab vberibus: ac propterea non sit illis necessaria. suaui & mollis doctrina, sicut infantibus ob suam imperfectionem est necessaria.

Hoc melius explicauit idem Dominus, cum interrogatus: cur non curaret ut ipsius discipuli ieiunarent sicut ieiunabant discipuli S. Ioannis Baptistæ: nam utens eadem similitudine nouarum & veterum rerum, respondit duabus allatis rationibus: prima fuit: *quia Nemo, inquit, mittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus; tollit enim plenitudinem quam adiecit rat vestimento, & peior scissura fit. Nec mittunt vinum nouum in vres veteres, alioquin rumpuntur vres, & vinum effunditur. Sed vinum nouum in vres novos mittunt, & ambo conseruantur.* Ita etiam noua legis Evangelica consilia, quæ magno spiritus feruore feruent, non sunt statim proponenda imbecillibus non habentibus humeros ad tantum onus portandum; alioquin proijcient illud in terram, & despondebunt animam, tantumque concepiant horrorem, ut amplius suscipere nolint. Quare magis est prudentiæ, doctrinæ vinum accommodare ingenio personarum illarum suscepturæ: ita ut debili non proponantur magni rigores, & seueritates, nec exactæ perfectiones, donec sensim crescat, & robustior euadat. Secunda ratio, quam Christus Dominus attulit, fuit: *in nemo bibeat vinum vetus, statim vult nouum; dicit enim vetus melius est.* In eundem modum qui mores habet in aliquo modo vitæ imperfecto inueteratos: non statim suadendum ei est, ut eos deponat, & alios induat magnæ perfectionis: repugnabit enim talia suadenti; dicitque melius sibi esse antiquos suos mores retinere. Quare magna prudentiæ est, tempori aliquid tribuere hominisque imbecillitati cedere: donec tantum concipiat calorem, ut nouum Evangelicorum conciliorum vinum digerere possit.

SIMILEM huic prudentiam ostendit Christus Dominus in doctrina quam suis Apostolis tradebat: quibus nocte ipsius passionem præcedente, dixit: *nam adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare e modum; cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Hoc enim dicere voluit: quamuis vobis prædicauerim, multamque doctrinam, valde utilem docuerim: multa tamen alia superiunt, quæ vobis ego non dico modo: quia nunc non estis capaces; donec veniens spiritus sanctus vos præpararet, & ipsemet vos docebit, quicquid ad ve-

firi illi

stus perfectionem pertinet. Est verò merito perpendendum, quod paulò ante eisdem dixerat: *o iam non dicam vos seruos, sed amicos: quia omnia quacunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis.* nunc autem eis dicit: se habere adhuc multa illis dicenda. & Spiritum sanctum ea dicturum: vt ex hoc intelligatur (vt Sanctus Chryostomus explicat) Prædicatorem & Magistrum non deesse officio suo, cum nò dicit omnia, quæ ipse nouit, modo ea dicat, quæ discipulos & auditores scire oportet; & in diuersis temporibus potest eis diuersa dicere, vt impleat capacitatem, quam runc habent. Et ita Seruator noster suum ostendit amorem, cum Apostolis in schola sua Tyronibus omnia dixit, quæ à Patre suo audiuerat, non quidem omnia, nullo excepto; sed omnia quæ illo tempore eos nosse expediebat: & postea Spiritus sanctus eosdem docuit reliqua omnia, quæ eos scire opuserat: vt perfecti Magistri euaderent, quæ plura erant illis, quæ Christus eis dixerat. In qua re ait Sanctus Gregorius Nazianzenus: & illis & cæteris Magistris normam proposuit, quam tenere deberent in ijs, quæ docturi erant. *Vides illuminationes paulatim affulgentes, Theologiaq; ordinem quem nobis tenere præstiterit, vt nec repete atq; confestim omnia in lucem efferamus, neque in finem vsque occultemus: illud enim inconsultum, hoc impium: illud alienos offendere, atque vulnerare queat; hoc nostros à nobis alienare.* Eandem regulam proponit Origenes, dicens: *Non in inity's statim discipulis de profundis, & secretioribus tradendum est Sacramentis: sed morum correctio, disciplina emendatio, religiosa conuersationis & simplicis fidei prima eiu elementa traduntur.* Hæc hi Doctores dicunt, damnantes eos, qui, extrema tenent, siue prædicando semper res valde subtiles, etiam si auditorium capax non sit, prætermissa interim vsitata doctrina, quæ spectat ad morum reformationem; aut hanc communem tritamq; semper proponendo, nec suis temporibus subtiliorem & excellentiorem adferendo, etiam cum auditores eius sunt capaces.

DEBET etiam prudens prædicator proferre *noua & vetera*, accommodata temporibus, in quibus concionem suam habet: nam in diebus solenniioribus ac festiuis Christi D. N. eiusq; Sanctorum, instituere debet conuinium præcipuè ex rebus nouis, quæ prouocant ad gaudium, amorem, fiduciam, & spiritualem aspirationem, addendo aliquid de veteri, vt magis emineat excellentia nouorum. tempore autem pœnitentiæ & planctus plura debet vetera proferre, qualia sunt nouissima, quæ excitant Dei timorem, & ad vitæ emendationem impellunt: Eum in modum, quo Ecclesia initio Aduentus proponit vniuersale iudicium; & in ipso Quadragesimæ ingressu apponit cineres, & mortis memoriam excitat. Et postea sensim inserit aliquid noui, magisq; suaue. Debet igitur in hoc imitari naturalem sapientiam quam Deus Gallo indidit: qui, vt supra in fi-

o Ioan. 15.
14.Homil. 78.
in Ioan. 15.
Euthym.Oratione 5.
Theolog.Homil. 5. in
Iud.p Iob 39. 36.
lib. 30. Mor.
c. 43. P. Pa
storal. c. 5.

nuauimus est symbolum Prædicatorum: nam (vt Sanctus Gregorius pendit) media nocte, cum somnus est profundissimus, cantat, rauca sed prolixiori voce; circa tempus tamen matutinū cantat subtiliori ac molliori. Ira Prædicator cum sermonem habet ad plebem dormitantem, & in suis peccatis induratam, debet in initio horrenda ac tremenda proponere de morte, iudicio, & inferno, alijsque supplicijs à iustitia diuina prouenientibus: vt huiusmodi minarum tonitru eos excitet. Quando autem plus lucis acquirunt, & ad virtutem propius accedunt: proponere illis debet res iucundiores, ac suauiores, de virtutum pulchritudine, diuinis beneficijs, ac præmijs æternis: vt sic eius sermo conuertatur in amorem, & conuersio sit solidior, virtus que ipsa profectior.

§ IN EVM finem edidit Sanctus Gregorius tertiam Partem sui Pastoralis, in qua allegat Nazianzenum, cum quo sese conformans, ait: *pro qualitate audientium formari debet sermo doctorum: vt & sua singulis congruant, & tamen à communis adificationis arte nunquam recedat*: nam, quod aliquibus prodest, potest alijs nocere; & medicamentum, quod aliquos morbos reparat, erit pro alijs noxium & venenū. Cuius rei praxim vt tradat, proponit triginta sex documenta diuersis statibus & hominum generibus accommodata. Et tandem concludit, quod cum ad idem auditorium conuenire soleant homines diuersorum ingeniorum, varijsque vitijs ita laborantes, vt quod contra vnum vitium dicitur, soleat detrimentum adferre altero vitio laboranti: oportet rationes, quæ a dferuntur, ita moderari, vt damnum illud perueniatur, & euietur. Ita auaritia reprehendendo: vt prodigus non capiat inde occasionē pergenđi in sua prodigalitate; & ne, volens extremum vnum vitare, incidat in cōtrarium. Hoc autem fiet, si aliquid semper dixerit contravtrūque etiam si ex instituto de altero tantum agatur. Verbū Dei, inquit; more gladij bicipitis incidetis. vtraque parte: vt sic superbis prædicetur humilitas, vt tamen timidus non augeatur metus; sic timidus infundatur auctoritas, vt tamen non crescat superbis effrenatio; sic otiosis ac torpentibus prædicetur sollicitudo boni operis, vt tamē inquietis immoderate licentia non augeatur actionis; sic inquietis imponatur modus, vt tamen otiosis non fiat torpor securus; sic impatientibus extinguitur ira, vt tamē remissis ac lenibus non crescat negligentia; sic lenes accendantur ad zelū, vt tamen iracundis non addatur incendium; sic tenacibus infundatur tribuendi largitas, vt tamen prodigis effusionis frænæ minime laxentur; sic prodigis prædicetur parcitas, vt tamen tenacibus periturarum rerum custodia non augeatur; sic incontinentibus laudetur coniugium, vt tamen iam continentes non reuocentur ad luxum; sic continentibus laudetur virginitas corporis, vt tamen

P: 3. Pastor
c. 3.

In coniugibus despecta non fiat fecunditas carnis; sic laudanda sunt bona summa, ne despiciantur vltima; sic nutrienda sunt vltima, ne dum sufficere creduntur, nequaquam tendatur ad summa. Et quoniam idem homo diuersis temporibus à vitijs oppugnatur contrarijs, ab vno quidem ob eius corruptam constitutionem, & naturalē aliquem humorem; altero verò propter occasiones, quæ incitant ad peccatum: necesse est etiam eadem discretione ita remedium applicare: vt vitium vnum curetur, alterum non augeatur. Hoc intendit Spiritus sanctus cum ait: *d. custodite & facite, quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabis, neque ad dextram neque ad sinistram, vt in extrema vitiosa incidatis.* Et qui absque fræno declinat ad dextram, tali cautela se retrahat ad medium, vt non perueniat vsque ad extremum manus sinistrae: declarando ei, cum quo loquitur, magis ad viuum pericula viæ, in qua pergit insinuando autem pericula extremi contrarij: vt sic à via illa desistens, & retrocedens, in ipso hæreat medio.

(:.)



d. Dent. 5.
32

CAPVT IX.

*AFFECTVS DEVOTIONIS AC FERVORIS
spiritus; eloquentia Christiana, & studij ac diligentia, quam
debent Prædicatores adhibere, vt hæc om-
nia assequantur*

Lib 4. de
doctr. Chri-
sti. c. 1.

Cap 1.
a 1. Cor. 12.

b Psal. 67. 12

c Luc. 21. 15

d Jeremi 9

e Isai 50. 4.



VO AIT S. AVGVSTINVS ESSE NECESSARIA
Prædicatoribus & Magistris, quibus ex officio incumbit
munus prædicandi doctrinã Scripturæ Sacræ: multum
cil. inueniendi, quos intelligenda sunt & modum proferenda
sunt in lellæ. Primum obtinetur studio ac diligentia
superius cap. 3. posita, & reliquis iam dictis ad bonam do-
ctrinam seligendam, auditorio ipsi accommodatam. Se-
cundum autem addit aliam gratiam gratis datam, uis etiam superius
fecimus mentionem: quam Apostolus appellat a sermonem sapientia, & ser-
monem scientia, ad explicandum scilicet, quod eadem sapientiã & scientiam
affecuti sumus. vt enim Dauid dixit: b Dominus dabit verbum Euangelii. am-
bus virtute multa, vt scilicet audientium corda permoueat, & iniquita-
vitæ mutationes efficiant: ita vt neque hostes illos impediant. c Egit
quit ipse Saluator, dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & con-
tradicare omnes aduersarij vestri. Et cum Jeremias Propheta conqueretur,
quòd d nesciret loqui, quia puer esset: ipse Dominus misit manum suam, & tenuit
git os eius, ac dixit: ecce dedi verba mea in ore tuo, & constitui te vt prædices
gentibus; ipsemet Saluator, quã homo erat, dixit datam sibi à Patre elo-
quam eruditam, sapientem scilicet eloquentem, dextram & potentem ad
docendum, consolandum & erigendum afflictos, & peccatores conuer-
tendos. Eandem autem linguam communicat Deus Apostolis suis, &
ijs quos mittit ad vtilitatem fidelium. Cum autem Diuina prouidentia
ordinariè agat cum suauitate & cooperatione suarum creaturarum, debet
dum hunc sermonis modum alicui concedit, solet pro fundamento ac-
cipere dona ipsius naturæ, dans ei linguam expeditam, vocem claram,
& auditoribus gratam, pectus robustum, linguam elegantem, & natura-
lem eloquentiam, ac in loquendo facilitatem, & similes alias dotes maio-
res, aut minores, iuxta diuinę suæ sapientiæ concilia: supplet autem quod
in his deest duabus alijs vijs, feruore scilicet spiritûs, & industrijs, vt ac-
te & modo Christiano eloquentia perficiatur.

§. 11. Aff

§. I. *Affectus & pium studium.*

PRI MA via est sine dubio præstantior & efficacior. Nã, vt S. Bernardus ait, feruorem deuotionis esse animæ linguam ad colloquendum cum Deo: nam sine Deuotione esse quasi mutã, nec scire colloqui cum verbo Diuino: ita dicere licet: feruorem spiritus, inflammatum amorem, & affectum deuotionis esse animæ linguam, ad bene prædicandum hominib. & suggerere verba dulcia, feruētia, & elegātia ad eos permouendos. Qua deuotione deficiente, Prædicatores manent quasi muti, & vix loqui norunt, ita vt corda permoueant. Feruentes amoris Dei, ac proximi affectus sunt quasi linguæ igneæ, in quibus spiritus Sanctus venit super Apostolos, iuxta illud Ecclesiæ in Hymno *Ignis vibrāte lumine lingua figurans dedit, verba vt essent profusi, & eharitate feruidi.* Et in alio dicit de hoc diuino igne: *Qui fida Christi pectora calore verbi compleat,* suggerens eis copiam verborum feruentium, & quasi ignis, accensorum. Et quemadmodum qui materiali vino inebriantur, solent esse loquaces, & eloquentes iuxta diuerbium illud: *fecundi calices, quem non fecere desertum?* Ita hic certa veritas est, quod inebriatio quæ fit hoc vino & nullo Spiritus Sancti, quo fuerunt Apostoli inebriati, faciat Prædicatores eloquentes eloquentia diuina, vt stupendas faciant mutationes in Auditoribus: vt videre licet in primo sermone, quem S. Petrus habuit, quo conuertit tria millia animarum. Deficiente autem igne hoc, & calore in corde Prædicatoris, verba prodibunt valde frigida, & auditores etiam manebunt frigidi. vt enim dixit S. Gregorius: *res qua in seipsa non arserit, alium non accendit.*

Ad hunc feruorem & igneas linguas obtinendas, necesse est rem hanc remotius inchoare: ita vt Prædicatores non sint contenti studio speculatiuo, sed alterum addant, quod affectiuum licet appellare: & consistit non solum in assequendis veritatibus Euangelij & reliquis Diuinæ Scripturæ; sed etiam in eisdem traijciendis in ipsa animæ viscera, sculpendo in ea omnes pios illos affectus, quos ibi assequuntur. Qui duas magnas adferunt vtilitates: alteram quod plurimum conferant ad Scripturarum sensum exactius agnoscendum, & penetrandū. Nã vt ait Cassianus: qui permotus in se est affectu quo Psalmi & reliqui Sacri libri scripti fuerunt, facile eos intelligit; & ex eo quod in corde suo experitur, facile intelligit, quod est in libro scriptum. Et S. Gregorius ait, quod quemadmodū rotæ, quæ erant in curru Ezechielis sequebantur motum spiritus, ita Scripturæ Sacræ sese accommodant, & motus internos sequuntur, quos Spiritus sanctus in cordibus efficit; & lectio ipsa stimulat & fouet sensum cordis; & hic vicissim lectionis intelligentiam. Et hinc altera oritur vtilitas, de qua nunc agimus, quod plurimum iuuet ad prædicandum cum

spiritu

*Serm. 45 in Cantic.**in Hymno laudum.**In Hymno Matutin.**li. 3. Moral. c. 28.**Collat. 10. c. 10.**Homil. 7. in Ezechiel.*

spiritu ac fervore, oprando scilicet imprimere in alijs eisdem affectus amoris, tristitiæ, aut lætitiæ quos in se sentit. Quare post ipsum studium, quod intellectum replet veritatibus: inchoandum est studium meditationis, quæ hos accendit affectus, expendendo tantum temporis in ea, quantum sufficiat ad eos accendendos: & sollicitandus est Dominus noster orationibus & colloquijs, vt cum lumine scientiæ dignetur commingere ignem charitatis, ac deuotionis. Hoc ait S. Gregorius significasse Christum Dominum nostrum in illo signo & miraculo nuptiarum, cum iussit Ministros *implere sex hydris aqua*, quam ipse conuertit in vinum. Facile enim potuisset ipse Dominus vinum in hydris de nouo creare; sed id non fecit, vt significaret: Ministros & Prædicatores suos primum debere potentias & facultates suas implere lectione & studio sacrarum scripturarum, quæ est aqua illa, de qua dixit Ecclesiasticus: *g aqua sapientia salutariis pot aut illum*: quam ipse postea misericordia sua conuertit in vinum cum communicat scilicet spirituales excelliores; excitatque affectus amoris Dei & proximi latentes in cortice historiæ sacræ. Sed quid nobis est faciendum, vt Christus D. N. dignetur in nobis hanc facere conuersionem, ne in conuiuio Prædicationis & concionis deficiat vinum, & porrigatur mera aqua? In eodem illo miraculo insinuat huius necessitatis remedium, quemadmodum enim Virgo Sanctissima Domina nostra, quæ nuptijs illis interfuit, statim atque vini defectum agnouit, à filio suo petijt, vt subueniret, dicens ei: *vinum non habent*: ad cuius intercessionem subuenit filius necessitati, & vinum dedit: ita etiam existimare debent Prædicatores & auditores: Virginem Sanctissimam esse primam aduocatam, & quæ necessitati spirituali, qua illi laborant, subueniat: quatenus intercessione sua cœleste impetrabit remedium. Et hæc causa est, cur Catholica Ecclesia in more habeat, vt in omnibus concionibus tam ipse Prædicator, quàm populus præmittat Angelicam Salutationem. orantes supremam hanc virginem, vt velit pro omnibus orare *mon*, ad impetrandam partem aliquam plenitudinis gratiæ, quam illa habet. Ipsi tamen Prædicatores multò ante quàm suam incipiant prædicationem, debent hanc Magistrorum Magistram orare, ac sollicitare, vt ipsis impetret sapientiam, & eloquentiam, doctrinam & verba, & reliqua ad suam Concionem necessaria. Si enim illa spirituali conuiuio intererit, in quo ipsi cibum sumunt, hoc est in studio meditationis & orationis aut quem alijs ipsi præbent, concione scilicet aut lectione; videritque deesse vitium, permouebitur cõpassione miseræ eorum, & orabit filium suum, vt eis subueniat, & ab ea liberet. Neque enim vacat mysterio, quod Christus Dominus noster voluerit per matrem suam sanctificare; & h. spiritu sancto sapientiaque replere primum prædicatorem, qui futurus erat vox ipsius, eiusque aduentus Præcursor: vt Euangelij Prædicatores intelligerent, se per

Homil.
6. n. Exsch.
Ierem.
I. Ioann. 2.2.

g Eccli.
15.3

g Luc. 1.44

merita & intercessionem Virginis sanctissimæ impetratos gratiam & donū sapientiæ, cāq; docturos. Ad hoc autē maximi est momenti consili-
um, quod suprema hæc Magistra dedit Ministris ministrantibus ad men-
sam illam nuptialem. Dixit enim: *quodcumque filius meus dixerit vobis, fa-
cite.* & ita, iubente Christo, impleuerunt hydrias aquā vsque ad sum-
mum: ex quibus hausērunt vinum, quod inter conuiuas distribuerunt.
Ex quo discunt Prædicatores, debere se omnia sua ministeria fundare in
obedientia Christo Domino nostro exhibenda, & ex eius voluntate col-
ligere scientiam studio suo, eamque in concione distribuere: tunc enim
felicem habebit exitum, vt mox dicemus. Hæc tamen obedientia debet
esse vsq; ad summū, hoc est, vt faciant ex parte sua summum, quod possunt,
in omnibus, quæ ad ipsorum officiū spectant, iuxta illud Apostoli ad di-
scipulum suū Timoth. *i. ministerium tuum imple:* ea scilicet plenitudine, quā
illud exigit, in scientia, eloquentia, & sanctitate: & spera in diuina libera-
tate, quod si tu hac aqua ministerium impleueris, ipse Dominus eam
conuertet in vinū, addens quod defuerit, ad perfectum ministerij finem

§. II. Superiora explicantur exemplo libri quem Ezechiel & S. Ioannes
comederunt.

QVÆ DICTA sunt, ampliùs explicabuntur exemplo illo, quod
præbuit Deus Dominus noster erga duos insignes Prædicatores,
quos repleuit scientiā rerum, quas erant prædicaturi, & cum affe-
ctibus ab eis prouenientibus. Quos iussit comedere quendam librum, in
quo scriptæ erant Prophetiæ, ac veritates, quas eos docebat, vt prædica-
rent; eratque liber ille figura scripturæ Sacræ, in qua continetur præcipua
materia, quæ doceri debet & prædicari populo Christiano. Et liber qui
dem, quem vidit Ezechiel, erat inuolutus in modum latæ cuiusdam mem-
bræ: quem manus quædam euoluit, & extendit coram ipso Propheta.
Ad significandum, (vt ait S. Gregorius) Diuinam Scripturam diffici-
lem esse, quæ intelligatur ob sententiarum profunditatem. Manus autē
potens ipsius Dei, eam detegit & explicat suis electis. De qua etiam Scri-
ptura intelligitur sententia illa Dauidis, qua dixit: *b. Deus extendit calum
sicut pellem.* Cælum est diuina Scriptura, in qua manet Sol Sapientiæ cœ-
lestis; & Luna scientiæ rerum inferiorum; & stellæ virtutum exempla-
que Sanctorum Patrum. Hoc cælum euoluit Dominus noster, cum a-
perit ac docet quod continet, Magistros per propriū ipsorum studium;
& reliquos fideles per eorum prædicationem. *Qui liber scriptus erat intus
& foris* continet enim historiam rerum externarum, & allegoriam inter-
narum; corticem, & spiritum; præcepta rerum, quæ præstari debent aut
vitari, & promissiones rerum inuisibilium ac cœlestium; doctrinam de
Deo incarnato, & factō homine visibili; doctrinam Dei immensi, & in-

6. 10.

i 2. Timoth.
4. 5.a Ezechi. 2.
9. & c. 3. 1.Hom. 9. in
Ezechi.

b Ps. 103. 3.

uisibilis. Præcipuè verò continet tria capita rerum insigniam ac solenni-
um, quas vocat *Lamentationes*, & *Carmen*, & *Va.* *Lamentationes* sunt doctrina
veræ pœnitentiæ, qua desentur peccata ad obtinendam eorum veniam;
etiam sunt res omnes aduersæ, & lædentes, quas Christus D. N. pro no-
bis est perpeffus: & impellunt nos ad flendum ac lugendum, eò quòd oc-
casionem dederimus eius doloribus. *Carmen* est doctrina rerum iucunda-
rum, quæ iustos exhilarant; magnalium ipsius Dei, & operum admirabi-
lium; diuinorum beneficiorum, præmiorum æternorum, ac temporali-
um: quibus bona opera remunerantur. *Va.* est doctrina horrendorum sup-
pliciorum, quæ Dei iustitia inferet peccatoribus in hac & in futura vita
nisi pœnitentiam agant. Ad hæc tria capita reuocantur quæcunque sunt
prædicanda: ac proinde in omnibus illis debent Prædicatores esse valde
exercitati: penetrantes studio suo & meditatione, quicquid de vnoquo-
que scriptum est intus & foris; ita vt nouerint quod ipsa historia præ-
fert; & mysteria occulta, quæ sub ea latent. Sed quoniam non laus est
scire, quocunque modo, adiecit Dominus statim, dicens Prophetæ:
hominis comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel. quod idè est ut
que si ei dixisset (vt explicat S. Gregorius) *comede, & pascet, saturo,*
eructa; accipe, & sparge; confortare, & labora. Quasi dicat, ob duos potissi-
mùm fines librum hunc tibi ostendo, ac trado: ad vtilitatem scilicet tu-
am, & multorum aliorum: quare comede & pascet & c. Cogita studium
tuum, quod Concioni præmittis, esse tanquam cibum quandam spiri-
tualem, in quo comedas doctrinam, quam facias tibi ipsi propriam, incor-
porando eam tecum ad animæ tuæ sustentationem, & cordis confortati-
onem. Ac propterea os tibi aperiendum est, vt fecit Ezechiel: ait enim:
aperui os meum, & cibauit me volumine illo. Aperire os, est valdè ferio desi-
derare sapientiam, eamque feruenti oratione à Deo petere, qui potest il-
lam dare, iuxta illud Dauidis: *e os meum aperui, & attraxi spiritum sapien-
tiæ.* Quæ oratio ac desiderium quòd fuerit feruentius, eò anima red detur
aptior ad ipsum donum suscipiendum. Desiderio enim applicat se ad la-
bores studiorum; oratione autem obtinet, quod desiderat à manu Do-
mini, qui dixit: *dilata os tuum, & implebo illud;* dans intellectu tuo passim,
& alimentum veræ doctrinæ, quam desideras: quia solis tuis visibus eum
poteris eam obtinere. Omnipotens Deus toties ad os cordis nostri ma-
num porrigit, quoties nobis intellectum aperit, & cibum sacri eloqui
in nostros sensus immittit. Deus, vt dixit Ecclesiasticus *e cibauit nos pane vi-
tæ & intellectus,* dās vnicuique sufficientē portionē, quā illi ponit in ore, vt eam
deglutiat, & ex ea accipiat nutritionem. ac propterea dixit Ezechiel: *fiu-
do tibi.* quasi dixerit: non debet liber in ore manere, sed transire vsque ad

*Hom. 10. in
Ezechielem*

*e Psal. 118,
131.*

d Psal. 80.

D. Gregorij.

e Eccl. 15. 3.

*D. Gregori
94.*

stomachum, vt repleat omnia viscera tua. os librum comedit per lectionem, cum legit Scripturam Sacram, & Sanctorum interpretationes; transit vero ad ventrem, hoc est intellectum, per meditationem & studium recollectum, cum quod legit, intelligit, penetrat, ac sentit. Complent viscera, cum amat, & amplectitur, & opere exequitur opera virtutum, quas meditatus est in Scripturis: cum autem immittit in sua interiora omnes affectus, si legit, studet, aut meditatur *lamentationes* & *planctus* ob dolores Saluatoris: repletur affectibus lacrymarum; & ipse flens faciet etiam alios flere. Si meditatur *Cantica* aut *Va*, implet suum spiritum affectibus *laetitiae*, aut *tumoris*; & cum praedicat, etiam eos imprimit in auditoribus: cor enim in se commotum, etiam mouet; & tenerum emollit; ac tremens, etiam alios tremere facit; & cor accensum, alios quoque accendit.

Hoc adhuc clarius explicat Angelus, qui S. Ioanni dedit librum, vt illum deuoraret; & adiecit: *f faciet amaricari ventrem tuum. vt praedicator Euangelicus intelligat, quod antequam ad praedicandum accedat, debeat cor suum replere amaritudine, dolore & poena propter propria & aliena peccata: & propter supplicia, quae propter illa timet: debet quoque seipsum amaricare, & carnem suam poenitentibus & asperitatibus corporalibus affligere, vt pro suis peccatis satisfaciat, & veniam pro alijs obtineat; & fauorem, quo possit illos iuuare. Praeterea debet seipsum praeparare ad tolerandas amaritudines, & labores, qui sunt cum ipso officio coniuncti: qui sunt satis graues. Propterea enim quando Christus D. N. librum hunc S. Paulo dedit apertum, initio suae conuersionis excacauit oculos corporis eius: vt melius posset legere & intelligere librum oculis animae, ac dixit de illo: *g Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati*, ratione praedicationis quam illi imponam. Et ipsa experientia docuit, quod liber amaricasset eius cor: semper enim in spiritu affligebatur igne zeli; in corpore autem cruce mortificationum. Quemadmodum autem S. Ioannes nihil horrens amaritudines, deuorauit librum ab Angelo sibi potrectum, obediens caelesti voci dicenti sibi, vt illum ab Angelo peteret: ita praedicator Euangelicus, quem Deus elegit, & ad hoc munus vocauit, obedire debet eius diuinae inspirationi, & acceptare quamcunque amaritudinem, & poenam suo ministerio annexam: vt sic placeat Domino illud ipsi imponenti. Accipiens enim a Deo & Sancto eius Angelo doctrinam, eamque in cor suum immittens eo modo, quem diximus: bene collocatus censendus erit quicumque labor, quem in ea praedicanda posterit. Praecipue cum Ezechieli & S. Ioanni dictum sit, quod liber esset in ore futurus dulcis sicut mel. Quo significatur praesens auxilium, quod suauissimè largitur Praedicatoribus cum dulcedine solationum caelestium, cum obeunt munus suum sicut debent: exultant enim*

f. Apoc. 10. 9

g. Actuum. 9. 16.

Homil. 11.
in Ezech.

cum vident se Dei voluntatem exequi, dum prædicant, & dum vident fructum, qui in multis auditoribus prouenit. Quæ tamen libri huius dulcedo in ore comedētis multò magis significat (vt S. Greg. ait) gratiã declarãdi Diuinas Scripturas: easq; prædicandi cū tanta dulcedine & iucunditate, vt Euãgeliũ in ore eius dulce sit sicut mel, ob dulcedinẽ & iucunditatẽ qua illud docet; eò quòd illud habeat animæ suæ infixum & impressum. Ipsi de omnipotẽte Deo sciunt suauiter loqui, qui didicerunt cordis sui visceribus veraciter amare. In eius ore Scriptura sacra dulcis est, cuius vitæ viscera mandatis eius replentur; quia ei suauis est ad loquendum, cui interiùs impressa fuerit ad viuendum.

CAPVT X.

PRAXIS CHRISTIANAE ELOQUENTIAE
ex Sancto Augustino.



VPEREST EXPLICARE, QUOD SPECTAT ad humanam industriam, vt prædicatio fiat modo conuenienti. Quod faciemus colligentes aliqua documenta ex S. Augustino in eius quarto libro de doctrina Christiana. Præsupponimus autem, eum in illo libro non intendere docere Rhetoricam more scholarum secularium; (quamuis & hæc sit vtilis) sed quod pertinet tantum ad Magistros, & Prædicatores, siue Oratores Ecclesiasticos: vt officium suum exactè, & cum excellentia præstent. Quod officium in eo consistit, vt eos doceant qui scire opus habent; aut si iam sciunt, vt eos moneant, & exhortentur ad amplectendum bonum, & fugiendum malum. Dando operam, vt ad vtrumq; beneuolos, attentos, ac dociles reddant auditores: ac proinde ad officium prædicatoris pertinet, ita loqui, vt doceat, vt delectet, & fleat: docere necessitatis est; delectare suauitatis, fleat victoria. Docere est in primo loco tanquam dux, & complectitur quidquid est docere bona & dedocere mala, retegendo deceptiones, quibus aliqui sunt decepti; & resoluendo dubia eis, qui in aliquo hærent dubitantes; & amplius eos confirmantes in bono iudicio, & rationis dictamine, ita clarè & perspicuè res proponendo, vt auditores eas percipiant, & bene intelligant. Nam is (inquit) est primus docendi modus, quo fit, vt qui audit verum audiat; & quod audit intelligat. Parum enim prodesset veritates eis di-

Lib. 4. de
Doctri.
Christia.

c. 12.

c. 41. i.

c. 12.

cere, nisi verbis ita claris & vsitatis proponeretur, vt possint bene intelligi, siquidem scopus eius quod dicitur, est, qui audit, intelligat, qui ergo docet, vitabis omnia verba, quae non docent. Verba enim quae apta non sunt ad propositum finem docendi, etiamsi splendida sint, & elegantia, non sunt ad rem: ob suam enim obscuritatem non docent. Ex quo, inquit, prouenit, quod sit pulchri ingenij: *in verbis verum amare, non verba*. Parum enim prodest aurea clavis, si nobis non aperit quod optamus; nec nocet, quod sit ferrea, si referat quod erat obseratum, & manifestat, quod erat occultum: ita igitur, cui vsuerunt splendida verba; si non manifestant veritatem? Et quid nocebunt communia & vsitata verba, si rem plenè aperiunt? Postquam autem primum scopum docendi attigit, qui est, vt intelligatur quod dicitur: non expedit nimis saepe illud inculcare: nisi forte id opus esset, vt magis memoriè infingeretur. Nam sicut *gratus est (ait) qui cognoscenda enubilat, sic onerosus est, qui cognita inculcat*: quamuis non sit molestum audire, quod scitur: cum non tam ad rem ipsam attenditur, quam ad modum quo dicitur.

DELECTARE eloquentia & suauitate verborum eò tendit, vt auditores libèter audiant, & doctrinam meliùs recipiant, & admonitionem: nunquam autem propter seipsam est quaerenda, sistendo scilicet in ea: sicut illi qui suauis & incundo modo dicendi oblectantur, etiamsi res dicant valde absurdas, contra quos dixit Deus per Ieremiam: *a stupor & mirabilia facta sunt in terra, propheta prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?* Auertat hanc temeritatem Deus, cuius adeo seuera ratio exigitur in die iudicij. Nunquam res absurdæ & impiæ proferantur, etiamsi oblectent; sed semper, quæ veræ sunt, ac iustæ, etiamsi non adeò delectent. Vera enim eloquentia tantò est terribilior, quantò purior, & quantò solidior, tantò vehementior: eò quod b *verba Dei sint quasi malleus conterens petram*. Et iam illa suauitas non delectat; qua etsi dicantur res non malæ, sunt tamen res exiguæ & minutæ: tali tamen apparatu verborum proponuntur, vt etiamsi res fuissent grauiore, non fuissent decens, & grauis talis ornatus. Neque his delectatur populus grauis, de quo dixit Dauid. c *in populo grauis laudabo te*.

MOVERE auditores appellat S. Augustinus FLECTERE, inclinare scilicet intellectum, vt assensum prabeat auditis; & voluntatem, vt ea amplectatur & exequatur. Consistit autem in hoc, vt ab auditore impetret; vt diligat, quod promittis; timeat, quod minatis; detestetur quod reprehendis; amplectatur quod commendas; tristetur aut lætetur ex eo quod prædicas dignum tristitia aut lætitia; compatiatur ei, quod proponis dignum compassione; fugiat tremenda, quibus illum terret; & accen-

pret quæcunque alia ei proponis: non vt nouerit quæ faciendæ sunt; sed vt exequi velit quæ nouit. Et huic motiõni siue flexioni tribuitur victoria: facillè enim eueniet, vt auditorium doceatur & oblectetur, non tam fluctetur, & permoueatur ad exequendum. Oportet ergo eloquentem *Ecclesiasticum*, quando suadet aliquid, quod agendum est, non solum docere, vt instruat, & delectare, vt teneat; verum etiam flectere, vt vincat. Ex quo fit, vt in rebus omnibus, quas dicit & proponit (quæ semper esse debent veræ, iustæ, ac sanctæ) debeat operâ dare, vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiat.

Oratio 4.

Quod si huius voti compos velit euadere, intelligat, id futuram pietate potius orationum, quam eloquentia Oratorum; orando pro se ipso, & pro iis, quos docebit & quibus prædicabit: vt prius sit Orator quam Dictor. Quare præter orationem collectâ, quæ cum ipso studio præcedere debet: in ipsa etiam hora (ait S. Augustinus) qua ad prædicandum accedit, prius quàm linguam suam soluat, eleuare debet ad Deum animam sitientem: vt quod hauiserit, eructet; & effundat id quo fuerit repletus. Cum enim plurima dici possint, & multi modi sint ea dicendi, etiam prædicator hæc omnia nouerit: quis tamen, nisi solus Deus, qui omnium nouit corda, nosse poterit quid hoc tempore magis dicere conueniat, aut quos audite? Et quis est qui efficit, vt dicamus quod expedit, & modo conuenienti, nisi Dominus ille, in cuius manu & nos sumus, & res omnes nostræ? Quare æquum omnino est, vt Prædicator studeat, sciat quæ omnia quæ dicturus est; & modum ea proponendi, sicut oportet: cum autem ea sint dicenda, intelligat esse magis consonum bono spiritui, cogitare quod dixit Dominus: *d nolite cogitare* (cum anxia scilicet sollicitudine, non modo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini; sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Quod si Spiritus Sanctus loquitur in ijs, qui traduntur perse quæribus Christus, cur non etiam loquetur in ijs, qui traduntur discipulis ipsum Christum? quod si Esther Regina à Deo petijt, tribui sibi sermonem compositum in ore suo, in conspectu Regis, vt pro suo populo loqueretur; & eum à temporali morte liberaret: quanto magis orare debet Prædicator, vt sermo compositus sibi datur, quem proponat ad liberandum populum à morte spirituali? Hinc accedit, quod siue sint homines, siue Angeli qui docent: nullus bene discit quæ ad obsequium Dei pertinent, nisi ab ipso met Deo doceatur: cui dixit Dauid: *f doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Et g bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.* Quemadmodum enim corporales medicinæ egrotantibus à medicis applicatæ, non prosunt, nisi Deus velit illos sanari, qui sine eis sanare posset, quamuis ille nõ sine eo: & nihil omnino applicatur, est quod opus misericordiæ ac beneuolentiæ eas applicare: ita etiã doctrinæ subsidia ab homine applica-

d Math. 10.

19.

c Esther 14.

13.

c. 16.

Ps. 142. 10.

g Ps. 118. 66.

c. 30.

ta, tunc

ta, tunc tantum profunt, cum Deus cooperatur, vt profint: qui suum Euangelium dare potuiffet homini, qui non ab hominibus, nec per homines illud acciperet: sicut dedit S. Paulo: vult tamen vt Prædicator ex parte sua studeat docere, delectare & flectere, orando, & laborando: vt possit intelligi, & ipsa obediatur in eo, quod docet ac præcipit.

REFERT etiam accommodare stylum rebus dicendis, hoc est parua submissè, modica temperatè, magna granditer dicere, sicut faciunt Oratores in rebus politicis, ac ciuilibus. Hoc tamen Ecclesiasticus Doctor aduertat, quòd quæcunque docet, præcipuè ex suggestu, sunt verè magna: quia tendunt ad salutem hominum, non temporalem, sed æternam, & ad damnationem æternam vitandam. Et quamuis videatur res parua, agere de pecunijs comparandis, aut creditoribus soluendis: non censenda est talis, sed magna: non enim est parua iustitia, quæ etiam seruanda est in parua quantitate. Cum dixerit Christus D. N. h. qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Quod parum est, in seipso est parum: at in minimo fidelem esse magnum est. & si de eo agatur in Tribunali iustitiæ, vt sententia feratur, quæ statuat cuius esset, fuisset res exigua: cum autem agitur de eadem re, vt ab æterna morte liberemur, & gloriam consequamur: vbicunque causa agatur, siue in concionibus, siue in particularibus colloquijs, cum vno, aut pluribus, cum amicis aut inimicis; in libris, aut litteris prolixioribus, aut breuioribus, semper iudicanda res est magna. Nisi fortè dicas, quod i calix aquæ frigida, quæ res est valde parua & vilis, eam iudicet talem Dominus ille, qui dixit, quicumque illum dederit suis discipulis, non perdet mercedem suam. Nunquid, cum Prædicator hac de re sermonem instituit, debet rem iudicare ad eò parua, vt de ea non loquatur granditer? nunquid, cum de ea prædicamus, (ait hic sanctus) & Dominus astiuit, vt dignè dicereamus: non erupit ex hac frigida aqua aliqua ignis flamma, quæ frigida hominum pectora accendit, ad exercenda opera misericordiæ cum ipse æterni præmij? Hoc autem non obstat, quò minus res etiam grandes non semper granditer dicat, sed stylo plano, cum docetur; moderato cum laudatur, aut vituperatur; grandi verò ac terribili, quando dirigitur ad permouendum & flectendum aliquem durum ac pertinacem. Hæc confirmat S. Augustinus varijs exemplis S. Pauli in suis Epistolis S. Cypriani, & S. Ambrosij in suis libris: qui multa documenta adferunt varietates obseruande in hoc genere dicendi; & alterum cum altero miscendone totum sit valde grande, nec valde planum; sed accipiendo semper quod magis expedit ad finem qui quæritur, docendi, aut permouendi; reprehendendi, aut laudandi.

SED aliud documentum addit valde magni momenti, dicens vt Cō-

ciona-

Galas. 1. 12.

c. 17.

c. 18.

h. Luc. 16. 10

i. Mat. 10.

42.

c. 19.

c. 20. & 21.

c. 22. & 23.

c. 27.

cionatori obediunt auditores, plus prodesse insignem prædicantis vitam, quam sapientiæ & eloquentiæ magnitudinem. Quamuis sit verum, quod hac sapientiâ, etiamsi eius vita sit improba, possit in aliquo alijs prodesse, dicens, quod non facit sicut Scribæ & Pharisei: pluribus autem prodesse, faciat, quod dicit ac prædicat. Improbi enim ex mala eius vita occasione accipiunt ad non obediendum dicentes intra se, imò etiam verbo in colloquijs: cur tu non facis, quod mihi dicit? Et quid mirum, si non audiant eum obedientia eum, qui seipsum nõ audit, nec suæ prædicationi obediunt, ideoque sicut tradentem doctrinam contemnunt: ita & ipsam doctrinam, ut itaque Prædicatori auditores obediunt, & ut ipse granditer dicat: necesse est ipsum compositam omnino ducere vitam, nec bonam suam vitam contemnere; sed benè viuere, & benè agere coram Deo & hominibus. Et in ipsa concione, inquit, *malit rebus placere, quam verbis: neque existimet dici melius, nisi quod dicitur verius; nec Doctor verbis seruiat, sed verita* Doctori, quibus ille utatur ad veritatem explicandam: cum dixerit Apostolus *1 se esse missum ut Euangelizaret, non in sapientia verbi, ut non euacuetur crux Christi;* & ad Timotheum scripsit, *in noli contendere verbis, quam qui non contendat errorem veritate vincere; sed studeat alterius eloquentiæ suam præferri. Cum tamen in rei veritate finis verborum esse debeat, ut veritas pateat, veritas placeat, veritas moueat, ad præstandum, & exquendum quod prædicatur.*

c. 28.

1. Cor. 1. 17

in 2. Tim. 2.

14. 6. 29.

7

TANDEM concludit magnus hic Doctor, insinuans varia Prædicatorum genera. Nam quidam, inquit, sunt, qui sapientiam habent & eloquentiam: & hi sunt præstantissimi; alij solam habent Sapientiam: quæ quoniam optima pars est, loquantur secundum eam optimo, quo poterunt, modo; alij eloquentiam habent, sed nõ sapientiam: nec per seiplos inuenire possunt, quod sunt docturi: & si ipsi illud in libris legant, ubi sapienter & eloquenter scriptum est; & memoria illud mandantes, ita alijs prædicant, atque si essent, qui illud scripserunt: non malè faciunt; neque est quod timeant minas Dei contra eos, qui *n surantur eius verba vnusquisque a prædicatione suo.* Furari enim est accipere alienum; verba autem Dei nunquam sententur aliena ab eo, qui obedit Deo; sed potius potest illa accipere, ubi cunque fuerint, tanquam propria: quandoquidem sunt Dei, qui ea per vnũ aliquem tradit alteri. Quare solum censenda sunt aliena respectu eius, qui loquitur quidem benè, sed viuunt malè. Quamuis enim verbo Deum confiteatur: opere tamen negat ac protestatur, ea, quæ dicit, non esse Dei. Alij tamè sunt, qui neque scientiam habent, neque eloquentiam: quibus illud superest remedium, ut ita vitam suam instituant, ut præteritum magnum sibi comparent; alijs verò bonum præbeant exemplum: *ut sit eis quasi copia dicendi, forma viuendi, & prædicent exemplaribus operibus,*

in Jerem. 23.

30.

quod

quod nō possunt verbis efficere. Hi oēs indigēt oratione pro se & pro ijs a quibus accipiūt quod est praedicandū; & pro ijs, qui sunt ipsos audituri: sicut dictum iam est. Ob successum autem felicem, quem sic habebunt, gratias reddent Domino, a quo illum acceperunt. vt o qui gloriatur, in Domino gloriatur, in cuius manu & nos sumus, & nostra Conciones ac verba.

HAE C summa est documentorum S. Augustini de hoc argumento. Sed quoniam aliqua illorū maiori indigent explicatione, ad finem perfectionis, quam intendimus illa explicabuntur ampliūs in subsequenti- bus capitibus.

CAPIT. XI.

RECTA ET PURA INTENTIO IN PRAEDICAN-
do, & varij actus humilitatis contra superbiam & inanem glo-
riam, aliaque vitia quae ipsam intentionem im-
pugnant.



VM DOCENDI AC PRAEDICANDI MINISTE-
RIVM adeo fit gloriosum, & Ecclesiae vile: ideo ve-
hementer oppugnatur a raso illo dracone septem capitum,
qui persequitur mysticam illam mulierem parturientem,
quae significabat congregationem Praedicatorum Apo-
stolorū machinando contra eos vehementes tentati-
ones, vt fructum destruat ministeriorum eorum per ali-

a Apoc. 12.3

quod ex his septem vitijs: per superbiam scilicet & praesumptionem de seipsis; per inanem gloriam ac desiderium obtinendi laudes ab hominibus; ambitionem dignitatum & praeminentiarum; iactantiam laudando inaniter res suas; invidiam de maiori talento & pluribus dotibus, quas alij habent, aut de copiosiori fructu, quem illi colligunt, quandam pusillanimitatem, aut animi deiectionē, nisi concio aut fructus, quem deliderant, bene eueniat; contentiones cum alijs eiusdem officij & ministerij, quod vident sibi praeferri; & cupiditatem commoditatum & utilitatum temporalium. Qui his vitijs succumbunt, intentiones suas flectunt ad fines terrenos; maculant & adulterant verbum Dei, & doctrinam Euangelij: & quod in ipsis est, auferunt ei vim virtutis & valoris; & oppugnant ac resistunt fidelibus operarijs, non seipsos, sed Christum querentibus, & bonum animarum. Quod protestatus est Apostolus, dicens: b quidam quidam & propter invidiam & contentionem: quidam autem & propter bonam vo-

b Phil. 1.5.

b Philip. 1.
15.

luntatem Christum predicant. Quidam ex charitate, ut me adiuent. Quidam
autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes pressum se
suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem, siue per
veritatem Christus annuntietur. & in hoc gaudeo, sed & gaudebo: quamuis enim
eorum intentio sit praua, doctrina tamen vera est, & utilis. Hæc di-
cebat Apostolus, aperiens celsitudinem suæ charitatis, & malitiam e-
orum, qui prædicabant intentione ac fine ad eò terrene. Qui finis ordi-
nariè solet esse duplex: Alter cupiditatis, qui prædicatione sua negocia-
tur, & (ut ait Apostolus) existimant quæstum esse pietatè: ut pallio prædicationis
tegant lucrum temporale. quamuis enim licitè accipiatur electromo-
na siue stipendium honestum pro sustentatione, ut inferius dicitur, cum
agemus de Prælati: ministerium tamen accipere, & obire per viam nego-
tiationis ad acquirenda lucra temporalia: res est indigna Euangelica pu-
ritate. Alter finis est superbix, omnium vitiorum ducis, quæ perfructus
Prædicatoribus, quod habeant magna talenta & maiora quam alij, &
quod ipsorum conciones sint excellentiores, ac digniores, quæ audiun-
tur. Et hoc quidem occultè tribunt suæ potius industria, quam Deo: a
quo tamen procedunt omnia talenta & animi dotes. Quibus tamen qui
utuntur ad erigenda idola honoris, & vanitatis, quæ mundus magni fa-
cit. Contra quos S. Bernardus ait: vix illis qui accepta gratia sentiendi &
& loquendi benè de Deo, quæstum æstimant pietatem, & conuertunt
ad inanem gloriam, quod ad lucra Dei acceperant erogandum. Horr-
ant ac tremant, quod dixit Deus per Oseã: *ego dedi eis argentum & aurum mu-
num, ex quo ipsi fecerunt Baal.* Aurum est donum sapientia, & argentum elo-
quentiæ quæ ipsi sacrificant idolo Baal: quod explicat S. Hieronymus si-
gnificare superiorem: quia sibi attribuunt se esse alijs superiores in scientia
ac propterea quærunt præferri alijs & laudari ab hominibus. quæ autem
maior stultitia esse potest, quam ex donis ad eò preciosis idola sibi face-
re: cum ipse verus Deus ea dederit, ut ipse per ea honoraretur? Et merito Baal
significat etiam deuotionem: quia tales superbi deuorabuntur ab infer-
no; & cum cogitant in altum ascendere, deiciuntur in abyssum. Hos,
ait Cassianus, esse vsurarios, qui, etsi Christus Dominus nos ter in se ter
mutuum dare, & nihil inde sperare: illi tamen mutuum dare nolunt, nisi tem-
porale aliquod lucrum vltra recipiant: & sic amittunt lucrum æternum.
Ita qui argentum veri Dei alijs offerunt, ut ab hominibus laudentur: fructu-
dabuntur mercede æterna. dixit enim Christus Dominus Noster, quod
f *gratis accepistis, gratis date.* Quod si negotiatione vestra lucrum ali-
quod quærite vultis, illud sit lucrum animarum pro gloria ipsius Creatoris.

c1. Timot.
65.

Serm. 41. in
Canti.

d Oseã. 2. 3.

Colla. 14.

c. 17.

c Luc. 6. 35.

f Matt. 10.
8.

H v c accedit, quod hæc talenta sint arma, quæ Deus militibus suis
largitur, ad pugnandū contra Dæmonem & peccata. Quanta igitur etiam
temer-

meritas & proditio, hæc omnia arripere: & contra ipsummet Deum convertere? Nam S. Gregorius ait: qui accepta dona sibi arrogat, suis contra Deum donis pugnat. Præterea Concionator, laudum humanarum cupidus innumeris (vt ait S. Chrysostomus) doloribus & curis subiacet; eiusq; cor, est instar procellosi maris, in quo nunquã fluctus cessant: qui eò sunt vehementiores, quò maiorem acquisiuit opinionẽ: nam eò magis studet hominibus placere, vt eam conseruet & augeat. Et totus est in rebus nouis adinuenendis; vt sic magis auditoribus placeat; timet ea proponere, quæ apud alios inueniuntur: ne propterea contemnatur; eadem autem, quæ aliquando dixit, repetere non audet, ne irrideatur; ac semper in ijs, quæ dicit, respicit potius vt auditoribus placeat, quam vtili fructum ex ipsius dictis hauriant: & quia semper pender ab illa cogitatione: quid homines dicent? magnas suffert procellas, nunc lætitiæ, nunc tristitiæ morosa; iam valdè erigit animum, iam valdè deijcit: nam quod hi laudant, alij vituperant; & quod placet sapientibus, qui inter auditores sunt pauciores, solet vulgaribus displicere, qui multò sunt plures; & quod hi extollunt, illi parui faciunt. sicut euenit pictori elegantissimam pingenti imaginem, quam publicè ponit omnibus spectandam: nunquã certe deest, qui aliquem in ea defectum notet; & vnus contemptus magis illi turbat, quàm multorum laudes exhilarent. cumque semper sint alij, qui ipsi in aliquo excellent: mox erupunt inuidiæ, æmulationes & murmuraciones ad eos opprimendos, ne inferior illis censeatur. Inanis etiam gloriæ cupidi, nõ sunt liberi in reprehendendis vitijs, cum timet iacturam facere gloriæ, quam quærunt; & quoniam seipfos quærunt, non loquuntur ad cor audientium, neque imprimunt eis crucem. Christi Alia multa damna & incommoda pergit narrare S. Chrysostomus, & tandem concludit: nullura debere munus hoc suscipere, qui non esset laudibus ac contemptibus ita superior, vt neque illæ inanem eum reddat; neque hi animum & spiritum tollant. Difficilè valdè est non sentire tristitiæ affectus ex contemptu: aut lætitiæ ex laudibus. *Suis* (inquit) *laudibus audiendis nihil inde delectari, nescio an cuiquã mortalium contigerit.* Illud tamen est maximè necessarium, non dederè se huiusmodi affectibus: nec propter illos detrahere quicquam integritati & puritati ministeriorum, cum ea animi libertate, qua dicebat Apostolus: *an, in ijs quæ prædico, gæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Cũque h nemo possit duobus dominis seruire: qui quærit hominibus placere propter ipsoimet, aut propter seipsum vt ab eis laudetur, seruus est ipsorum hominum: & ab eis expectat mercedem, laudis scilicet, quam ei propter obsequium præstitum reddunt: ac proinde in hoc non seruit ipsi Christo.

lib. 6. Mor.
1. 2.
lib. 2. de Sen.
cardo.

g Galat. 1.
10.
h Mat. 6.
24.

§. I.

a1. *Thessal.*
2. 3.

b2. *Cor. 2.*
17.
Cap. 1. &
Cap. 4. 2.

lib. 6. *moral*
cap. 25.
Et lib. 22.
cap. 2.

c *Ecclesi.* 9.
17.

d *Psal.* 11. 7.

Hoc amplius explicauit Apostolus grauiſſimis his verbis: a exhortatio nostra non fuit de errore, neq; de immunditia, neq; in dolo, sed ſicut probati ſumus à Deo, vt crederetur nobis Euageliũ: ita loquimur nõ quaſi hominib; placere ſed Deo, qui probat corda noſtra. Neq; enim aliquãdo ſumus in ſermone adulationis, ſicut ſeruis, neq; in occasione auaritia: Deus teſtis eſt: neq; querentes ab hominib; gloriam, neq; à vobis, neq; ab alijs. Et in alio loco ait: b ad hoc quis tam idoneus: non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei; ſed ex ſinceritate, ſed ſicut ex Deo in Chriſto loquimur. In quibus verbis collegit Apoſtolus quicquid pertinet ad puritatem intentionis in hoc miniſterio; & ad remedia contra ſines obliquos. Quæ tangit in illa ſententia: c adulterantes verbum Dei. Duplex enim eſt adulterij modus: alter interior in intentione; & alter exterior in verbis: qui (vt Sanctus Gregorius ait) varijs modis eueniunt. Nam adulterare verbum Dei, eſt, aliter de eo ſentire, quàm ſit in rei veritate; aut per illud quærere fructus adulterinos laudis humanæ, aut temporalis alterius utilitatis, ac terrenæ. Et quemadmodum adulterium non querit præcipuè filiorum generationem, ſed propriam voluptatem: ita lupetus prædicator nõ deſiderat ſpirituales filios Deo gignere, ſed propriam huius voluptatem, in oſtentione ſcientiæ & eloquentiæ ſuæ: vt quaſi ſapientis & eloquens laudetur, aut aliud emolumentum, aut commoditatem propriam temporalem. Ex quo prouenit, vt verba Dei ex ore eius prodeant adulterata, & permixta cum proprijs laudibus, adulationibus aut verbis prophanis, aut ſtylo parum graui, aut cum aliquo lepore, & facetijs, aut cum alijs ſimilibus minus decentibus exceſſibus: quæ non minus arguunt vanitatem in dicente, quàm leuitatem eorum qui delectantur eis audiendis. Quod explicat S. Hieronymus perpendens dictum illud Eccleſiaſtis: c verba ſapientum audiuntur in ſilentio, plus quàm clamor præcipis inter ſultos. Quemcunque, inquit, videris in Eccleſia declamantem, & cum quodam lenocinio & venuſtate verborum excitare plauſus, ac riſus excutere, auertesque in affectum laritia concitare: ſcito ſignum eſſe inſipientiæ tam eius, qui loquitur, quàm eorum, qui audiunt. Hæc omnia debent eſſe procul à Prædicatore Euangelico, ſtudente prædicare ex ſinceritate in ſentiendo, in loquendo, in intentione, in modo loquendi. Nam (vt ait S. Gregorius) ex ſinceritate loqui, eſt, nihil extra quàm oporteat quærere: ita vt nihil admittatur, quod huius miniſterij puritatem inficiat: ſiquidem d eloquia Dei ſunt eloquia caſta: argentum igne examinatum, probatum, terra purgatum ſepties, hoc eſt ab omni puluere & ſcoria ſepties, exactiſſimè ſcilicet mundatum, ita vt qui ea profert, mortificet ſeptem prædicta vitia.

I Hoc perſuadet Apoſtolus tribus efficaciſſimis rationibus, quas (teſte S. Thoma in eum locum) inſinuat tribus illis verbis ex Deo, coram Deo, in

Christo. Prima igitur ratio est ob infinitam eius, quem referunt, dignitatem: cuius Legati sunt cum prædicant: est autem rationi consentaneum, eos in sua legatione non aliam intentionem habere quam habeat ipse Deus, cuius nomine eam proferunt; nec alio modo, aut verbis, quam ipsemet Deus velit, & inspirare solet fidelibus suis ministris. & hoc est prædicare ex Deo, hoc est quasi homines, qui loquuntur permoti à Deo, & cum spiritu Dei; & qui acceperunt à Deo, quod proferunt. Sicut ex Deo loquitur (ait S. Gregorius) qui scit se non à se habere, sed ex Deo accepisse, quod dicit; & cum humilitate faterur, quod dicit, non esse suum; sed Dei, qui illud dedit: bona enim doctrina, & aptus eam proponendi modus, e datum optimum domumque perfectum est, descendens à Patre luminum. Quare humilis Prædicator dicere debet, sicut ipse Christus: *si mea doctrina non est mea; sed eius, qui misit me; g qui à semet ipso loquitur* (hoc est proprio spiritu ac iudicio) *gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam Dei, qui misit eum, hic verax est. g Ego à meipso non loquor, sed Pater qui misit me:* nam ipse proscripsit mihi quæ dicturus & locuturus essem. Decet itaque Prædicatorem, consilium sequi S. Petri dicentis: *h si quis loquitur, quasi sermones Dei: ita scilicet loquatur, sicut qui Dei verba prædicat, attendendo cum reuerentia, quod sint Dei: ac propterea dicenda ea intentione, eoque modo, quem exigunt verba tanti Domini: vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum*

SECUNDA ratio est, propter autoritatem Domini, in cuius conspectu prædicatur: hoc est coram Deo, qui prædicare iubet, & iudex ac testis est, quo modo id fiat; estque paratus Prædicatorem adiuuare, vt prædicet sicut oportet; nisi ipse libi desit. Est autem horrenda inurbanitas, & irreuerentia in eius conspectu querere potius hominibus, quam ipsi placere & ita loqui, vt eis placeat, etiam si displiceat Deo. Nam vt bene S. Basilii perpendit: si inter auditores esset aliquis Princeps, alijque magni Domini: certum est Prædicatorem conaturum potius illis placere, quam ipsi plebi, cuius paruam tunc duceret rationem. Si igitur in auditorio ipso est ipsemet Deus, & Angeli eius: æquum omnino est, vt intentionem suam Prædicator dirigat, & studeat ita loqui, vt eis placeat: si enim Deus reprobat quod ipse dicit: parum illi erit utile, quod ab hominibus laudetur. Et hæc inter alias fuit ratio, cur Christus Dominus nos, cum suos Apostolos mitteret ad prædicandum omnibus gentibus, dixerit: *ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq, ad cōsummationem sæculi.* Quare attendite, quo modo officium vestrum præstetis; & quod iubeo, adimpleatis, respicientes ad fauorem & beneuolentiam meam, quam sentietis ex mea præsentia:

TERTIA ratio est, propter Sanctitatem & materix puritatem, de qua

e Iac. 1. 37
f Ioan 7. 26
g cap. 14. 10

hi. Pet. 4. 11

Regula 5. ex
fufis.

i Mat. 28.
30.

in Concionibus agitur: & hæc est *in Christo*, hoc est de ipso, eiusque ministerijs. Decet autem materiæ & argumento adeo grandi, atque est Christus, nihil admisceri eo indignum; nec dici aliquid cum intentione aut modo ab ipsius Christi puritate alieno. Cumque Christus D. N. fuerit humilitatis Magister, & superbiæ ac iactantiæ hostis: qua facie poterit Prædicator de Christo loqui ob inanem gloriam? Et quamnam est maior stultitia, quam superbe prædicare contra superbiæ & inanem gloriam damnare: si eam damnans, eandem querit? Et quomodo potest quis prædicare de Christo Cruce affixo, & in Cruce ita contempto: si honorem querat, dum de eius opprobrijs prædicat? Hoc itaque statuat Prædicator, ut in Concionibus suis sit, sicut Apostolus, qui dicebat: *k prædicamus Christum crucifixum. Et l non iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.* Ex his deducere possumus, quòd, ut Concio sit, qualem Deus vult habere: debeat habere quatuor comites, quos sic Apostolus commendat: ut scilicet prædicetur cum *sinceritate* intentionis, & absque aliquo fine minus recto; non animo adulandi, aut decipiendi, aut querendi quæstum aliquem, aut commodum; cum humilitate & obedientia, quasi qui loquitur, non quod suum est, sed quod est *ex Deo* sequendo eius directionem in omnibus, quæ dicit modeste ac circumspecte, sicut qui loquitur *coram Deo*; magnum induens animum, & fortitudinem ex divina presentia, ad loquendum hominibus absque timore, sed ita accomodando quæ loquitur *in Christo*, ut studeat omnia, quæ dixerit, esse de eo, aut in ordine ad eum; non diuertendo ad res contrariast, aut alienas à *Saluatione*, & salute, quæ nobis per eum euenit-

§. I I.

SED quoniam virtus humilitatis est, quæ valde disponit Prædicatorem prædictis omnibus conditionibus: opportunum erit summam quandam facere præcipuorum actuum in hac materia. quorundam quidem in ordine ad Deum; aliorum verò in ordine ad proximos: illis oppositis, qui supra capite quinto de omnibus viris peritis fuerunt notati. *Præcipuus actus* est, ex corde confiteri, quòd quicquid boni Prædicator in se videt, gratias acceperit de manu Dei; ac propterea ei tribuere pro omnibus gloriam, nihil prorsus de eo sibi tribuendo. Est enim Prædicator debeat ex parte sua diligentiam aliquam adhibere: Deus tamen est, qui ad eam adhibendam iuuat, eiusque industrijs præbet efficaciam: ut aperte dixerit Apostolus Corinthijs: *a Ego plantaui, fidem scilicet in vobis; Apollo, sua prædicatione, rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum, & fructum, dat Deus.* Et *b non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit Ministros Noui Testamenti.* Quare omnis aptitudo & sufficientia, quam habent operarij Euangelici; & fructus,

k 1. Cor. 1. 23
l c. 2. 2.

a 1. Cor. 3. 6

b 1. Cor. 3.

5.

quos

quos proferunt, Dei sunt ab ipso per eos producti. Eum in modum, quo idem Apostolus dixit: *c gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum*: quicquid lum tanquam instrumentum. **HINC** peigere debet ad secundum actum: hoc est, non solum non tribuere meritis suis feruorem aut spiritum, cum quo prædicat; aut fructum, quem facit; sed etiam (vt S. Gregorius ait) totum tribuere meritis aut bonæ dispositioni auditorum aut voluntati & propensione Dei ad benè illis faciendum: quorum causa docet, & exhortatur Prædicator, vt superius fuit dictum. Quo humilitatis actus Concionator subiicit se ipsismet auditoribus: non reputans se eius dignum quod in se habet, nisi propter illos.

TERTIVS actus est: nihil omnino dicere eo solo fine, vt ab hominibus laudetur; aut opinionem magnam apud illos acquirat: cuius actus indicium est, si quæcunque dicit, in audientium vtilitatem dirigit. Ex quo facile deducitur: vanitatis indicium esse, talia prædicare, quæ auditorum capacitatem excedant; & omnino res nouas, aut valde curiosas, & prorsus inutiles in Concione proponere. Sed vltterius progredi debet humilitas, diligenter attendendo, ne patiatur ab humanis laudibus se abduci, etiam cum sibi, eas non querenti, offeruntur. Debet enim statim ad interiora sua se recipere, & ex corde suo, tanquam earum indigno, retrudere. Exterius tamen licebit eas permittere, non honoris sui causa, sed vtilitatis proximorum: qui libentius eius doctrinam amplectuntur; quem vident magni fieri, & ad omnibus laudari. Et in eum finem dat Dominus noster Sanctis Concionatoribus, tanquam additamentum, honorem & laudem, quantum expedit, ad suum ministerium benè obeundum. Ita tamen eas acceptare debent (vt ait S. Chrysostomus) vt, si desint, non debeant illas querere; nec tristari, quod non offerantur. Abundans enim illi fuerit laborum solatium, idque omnium certè maximum, si sibi ipsi conscius esse potuerit: ad hanc se rationem, doctrinam, eloquentiamque suam composuisse atque adaptasse, vt Deo illa placens, acceptaq; fiat: quia hoc summum reputat solatium ac præmium.

HINC quartus oritur humilitatis actus: optare scilicet concionari non vbi sit magis laudandus, sed vbi Deus magnis glorificetur, & proximus proficiat, cuius vtilitatis causa non minus delectari debet, quod in ignobilibus locis concionetur, quam in magis & amplis; & apud Auditores paucos ac plebeios; sicut apud multos valdeque nobiles. Memor, quod Christus Dominus noster non sit dedignatus Euangelium suum prædicare, vel soli vni d mulieri Samaritana. vt autem intelligeretur, quantum referat prædicare etiam vni soli, quamuis abiecto, & contempribili, voluit illam mulierem esse instrumentum, quo tota Ciuitas ipsum audiret, &

conuerte-

Hæc fufius
in proximo
e explican-
tur.
c1. Cor. 13.
10.

2.
Lib. 23. mo-
ral.
à Principio
Tract 3. c. 5

lib. 5. de Sa-
cerd.

d Ioan. 4. 2.

c *Matth.* 13
31.f *Luce.* 14. 21g *Isa.* 18. 2

conueteretur. Ita vt in illo casu, & alijs similibus impleretur, quod ipse semet Dominus dixit: Regnum Dei eiusque doctrinam esse similem esse grano sypis, quod cum sit minimum omnibus seminibus, crescit, & fit magna. Memoritem, quod idem Christus Dominus iusserit suos Concionatores vocare ad eanum magnam claudos, cecos, debiles, & pauperes: vt intelligeret, quod non debeant dedignari Conciones suas ad paucos habere, ac docere plebem etiam totius mundi abiectissimam. Et per Isaiam iubet, g. Anglos ire veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam: & ad populum, post quem non est alius. Quia omnes animæ sunt ipsius, precioso suo sanguine redemptæ: & tanti illi stetit anima cuiusuis pauperuli, atque diuitis, & vilissimi mancipij, atque Monarchæ huius mundi.

h *Ioan.* 3. 30i *Philip.* 1. 13

6

lib. 3. moral. in Prolog. ad f.

lc *Prou.* 5. 16

HINC oritur quintus actus non inuidendi, neque agrè ferendi, quibus alij Concionatores frequentius habeant auditorium, aut maiorem fructum colligant; sed potius gaudendi & exultandi ob gloriam quæ Deo exhibetur! & utilitatem suorum proximorum, imò etiam de propria humilitate: in eum modum, quo humilis Christi Præcursor, cum eum discipuli ipsi dicerent, quod omnes venirent ad Christum, respondit illi: illum oportet crescere, me autem minui: ita, inquam, decet Concionatorem dicere: rationi consentaneum est, vt Concionator ille crescat in omnium opinione, ego verò imminuat: crescat Dei gloria, id que fiat per medium quod ipse voluerit. Quod si alij emulationem & contentionem cum ipso habeant: ne tristetur propterea, sed gaudeat potius cum Apostolo, & quod modò Christus prædicatur, præsuram ipsi faciant.

SEXTVS humilitatis actus est, concionari temper cum timore periculi, cui exponitur, sese prodendo: quia quantum in se est, tacere potius velle, quam loqui: vt à periculo tutior esset. Hæc omnia collegit S. Gregorius dicens: Prædicator spiritualis indignum se omnibus iudicet, etiam cum dignius cunctis viuat. Scit enim quod bona, quæ innotescunt hominibus, sine periculo esse vix possunt. Et quæuis sapienter se esse sentiat: non tamè talis esse videri velle: & si liceat, tacere appetit: eosque feliciores putat, quos intra sanctam Ecclesiam locus inferior per silentium occultatur: & tamè vt Sanctam & Ecclesiam defendat, ad loquendum vi charitatis impellitur; & ex necessitate quidè officij locutionis suscipit, sed ex magno desiderio otium taciturnitatis querit. In hunc sensum conciliat Sanctus hic Doctor dicta duo Salomonis, quæ videtur sibi contra dicere, ait enim: Deriuentur fontes tui foras & in plateis aquas tuas diuide: habeto eas solus, nec sis alieni participes tui. Ait enim S. Gregorius: hoc Salomonem significare voluisse: ita doctrinam tuam multis propone, vt gloriam ab eis non queras. & ita serua tibi sapientiam tuam, vt alieni, hoc est Dæmones, non sint eius participes, nec lucrum aliquod ex ea reportent, propter tuam tur-

perbiam

perbiam; sed ita cum multis age, atque si solus esses, cupiens in verbis tuis soli Deo placere. *Septimus actus* est, subijcere intellectum & iudicium suum occultis Dei iudicijs, circa euentus Concionum, ita vt aduersos tribuat proprię suę indignitati: quando in aliquo loco nolunt homines eū recipere, neque audire; aut, cum consuetam adhibuisset diligentiam, nō tamen ita possit loqui, sicut aliās consuevit; aut cum enascit ei fructus, quem iam obrunnerat. Non negamus verum esse quod S. Gregorius dixit, hæc scilicet omnia ex varijs causis solere prouenire: nunc ob peccata populi; nunc ob ipsius Prædicatoris propria; & aliquando propter vtriusque: sicut etiam bonus euentus concionis conceditur propter vtriusque merita. Et multis euenit, quod dixit Deus Ezechieli: *linguam tuam adhaerere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus Israel exasperans est: cum autem locutus fuero tibi aperiam os tuum, & tunc dices, quæ dicitur tibi.* Et Christus D. N. dixit S. Paulo, vt in exiret ex Ierusalem: quia non essent recepturi testimonium, & prædicationem eius. A diuina itaq̃e providentia dependet præcipuè hæc euentuum varietas, in pœnam, aut præmium auditorum, aut Concionatorum. Voluit tamen Deus id esse occultum: vt omnes vnā certam gratiam teneamus humilitatem, studentes tam auditores, quàm Concionatores attribuere quod bonum est meritis aliorum; proprijs autem peccatis, quod fuerit aduersum. Nec auditores contemnant Concionatorem, ob tepiditatem qua loquitur; neq; Concionator auditores, ob duritiem quam ostendunt: fortè enim vterque est causa defectus alterius. *Cur ergo* (ait S. Gregorius) *quilibet de doctrina superbiat, qui occulto iudicio, vel cui quando detur, vel quando cui subtrahatur, ignorat.*

OCTAVVS actus, est frequenter ingredi intra seipsum ad examinādos ac discernendos motus cordis sui; & se ipsum puniendū ob inordinatos, quos inuenit. Hoc (ait idem Sanctus) significare, quod euenit Ezechieli postquam ex mandato Domini egressus fuit in campum vbi vidit gloriam Dei, qui dixit ei postea: *n ingredere, & includere in medio domus tuæ.* Hoc est: postquā alijs prædicaueris, & gloria Domini manifesta fuerit operibus tuis, tu quæ eā fueris delectatus, collige te humiliter intra cortium; ne effundaris ad quærendum extra te testimonium & laudes hominum; sed quietem tuā repone in testimonio conscientię tuæ, quæ soli Deo placere cupit. Ratio & fructus horum actuum in proximo capite fuis ostendetur. Sed imponamus huic finem aduertentes: nō esse contra virtutem humilitatis conseruare auctoritatem, & honorem officio suo debitum; modò id non fiat ob vanitatem, sed vt ministerium ipsum in honore habeatur, vt par est: & sequatur fructus, qui intenditur, in hoc enim sensu dixit Apostolus: *o quamdiu ego sum Gentium Apostolus, ministeri-*

Lib. 30.
moral. c. 1.
& Nom.
12. in Ezechiel.
I Ezech. b.:
26.

m. A. nū.
22. 18.
Hom. il. 12.
supr. 3.

Lib. 30.
mor. al. ad
finem.

8
Homil. sup.

n Ezech.
3. 24.

o Rō. 11. 13.

Homil. 9. in
Ezechiel.

2. cor. c. 11.
& 12.
Gal. 1

p. 2. corint.
cap. 1. 2. 11.

um meum honorificabo, si quo modo ad emulandum pronocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Qua sententia manifestè ostendit se cupere opinionem & auctoritatem promouere ministerio suo Euangelizandi, vt & Gentiles & Iudei fructum ex eo caperent & proficerent. Ex quo fit, vt non sit contra humilitatem (vt ait S. Gregorius) referre suas virtutes, & opera, ac beneficia, quæ Deus in illos contulerit: quando id erit necessarium ad bonam sui ipsius, & officij sui opinionem, suæque doctrinæ auctoritatem cõparandam, quemadmodum ipse Apostolus fecit in suis Epistolis ad Corinthios, Galatas, & ipsemet Deus magnalia sua recenseret, quæ aliàs sciri nõ potuissent. Attendit autem in hoc ad bonum, quod homines ex eorum noticia hauriunt. Est tamè in hoc magna cautela adhibenda, neque nisi rarissimè & in graui necessitate faciendum est: vt quidè adhibitis mille repagulis, ac munimentis aduersus vanitatem: vt apparet in verbis, quibus Apostolus suas referebat reuelationes, inferendo peccata vitæ suæ præteritæ, & adferendo causas & excusationes, quas eas recenseret: *peccatus sum inquit, insipiens, vos me cogistis*, quasi dixerit: *videbor fortè vobis insipiens, quòd laudes meas narrauerim: sed vos estis in causa, qui videntes meam doctrinam cõtemni, non opposuistis vos pro eius defensione. Ne igitur doctrina mea periclitaretur, opus fuit vt referrem magnalia, quæ audiuistis.*

CAPVT XII.

OBEDIENTIA ET FIDV CIA IN DEVM, AC DIFFIDENTIA
*supra se multum iuuant ad piscandas multas animas
reiprædicationis; adferuntur multa documenta
circa hæc virtutes.*



INTER VIRTUTES PRÆDicatoribus EVANGELICIS necessarias, ad munus suum cū proximorum utilitate obeundum, valde eminent **OBEDIENTIA** & **FIDV CIA**: cū illud obeunt, vt obediant Deo, vel per Superiores siue Prælatos iubentis; vel per suas inspirationes, siue per dictamen rationis, fidei, & charitatis, (quæ vices Dei obeunt) insinuanti: confidendo omnipotentia Dei, quòd felicem daturus sit laboris ipsorum exitum, prout magis ad ipsius gloriam expediet. Vtraque virtus & felices earum exitus depicti sunt in eo, quòd euenit S. Petro, cum Dominus illum vocauit, vt reti suæ prædicationis fieret piscator hominum: Cum enim ipse Christus

ex ipi-

ex ipsius Petri nauī Concionem ad populum habuisset: vt cessauit lo-
qui, dixit ad Simonem: a *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.* Cui
respondens Simon dixit: *Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus, in*
verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudi-
nem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs, qui erant in alia
nauī vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas,
ita vt penè mergerentur. Similis alia piscatio euenit eidem Petro, & sex alijs
eius socijs: qui, cum post Christi resurrectionem piscatum iuissent, &
tota nocte nihil prendidissent: b *manè factō stans Iesus in litore discipulis*
ignotus, dixit eis: mittite in dexteram nauis rete, & inuenietis, quod cum illi fe-
cessent, iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

Vt autem excelsa mysteria in his duabus piscationibus latentia inno-
tescant, est aduertendum: munus Prædicatorum esse piscari homines; &
ex mari huius mundi eductos ponere intra nauem Ecclesiæ. Non tamen
sunt piscatores, qui vtantur hamo, lædente & pungente pisces, sed reti,
quod viuos, & sanos, absque læsione aliqua eos capit: non enim armis
aut violentiâ eos conuertunt; sed rationibus, & Spiritûs sancti impulsio-
bus; relinquentes illis vitam, & salutem, & quicquid boni naturalis &
moralis habent. Et vocabulum græcum *erit homines capiens*, quo Chri-
stus Dominus vsus est ad S Petrum, significat: *viuos capiens*, vel *ad vitam*
capiens. Aduertit tamen benè S. Iustinus Martyr metaphoram piscatio-
nis in eo consistere, quòd quemadmodum piscatores piscantur quidem
pisces viuos, non vt ita maneant, sed vt eos macent: ita Apostoli & Præ-
dicatores piscantur homines; & ex huius mundi mari extrahunt, vt pec-
cato & vitæ veteri moriantur, quàm prius ducebant. Quoniam autem
similitudo non fuisse plena, adiecit Saluator: *erit capiens homines ad vitam:*
nam mors illa dirigebatur ad meliorem vitam illis impertiendam. Hoc
amplius explicat Origenes, dicens: quemadmodum pisces etsi morian-
tur, comedunt tamen ab hominibus, quibus incorporati vitam acci-
piunt nobiliorem, quàm in seipsis haberent: ita qui conuertuntur, simul
(vt Apostolus dixit) *d moriuntur peccato*, & spiritualiter comeduntur, &
incorporantur Christo, in quo *e absconditi viuunt ipsi Deo.*

§. I.

AD feliciter peragendâ hanc piscationē, illud fundamētū est præia-
ciendū, vt piscatores omnino sibiipsis diffidant, nec præcipuè inni-
tantur proprijs industrijs: sed sibi persuadeant, quòd quemadmodum S.
Petrus, cuiusq; socij in vtraque piscatione nec vnicum piscem tota nocte
prædere potuerūt, quantūuis essent alijs piscationis periti, & bona habe-
rēt retia, quæ cū magna industria laxabant, & in loco valde commodo, &
tempore aptissimo, hoc est de nocte, felicem piscationem: ita etiam

a Luca 5, 4.

b Ioan. 21. 6

S Amb. lib.
5 Examer.
c. 6 & lib. 3
de virginis.
vide To.c. Luo. 5, 10
Tolet. ibi.
In qq. Gen-
tium q. 40.Homil. 16
in Genes.d Rom. 6. 2.
e Colof. 3. 3.

quamuis prædicator omnes habeat dotes, ac talenta, quæ desiderari possunt; omnemque adhibeat diligentiam & industriam in sua Concione præparanda, & in frequenti auditorio habenda: persuadere sibi debet, si innitatur sibi ipsi, laborem suum fore inanem; ideoque solâ tuâ diligentia nec unâ quidê animam capturû totâ huius vitæ nocte. Id enim præcipuè dependet à Diuina misericordia, mouente & impellente pisces, vt ingredi velint illud rete. Cum enim sint libri, nec sine ipsius consensu & auxilio vllus conuertatur: non potest Concionator per seipsum illos trahere, nisi Deus adiuuet: in cuius manu omnia sunt corda. Dissidentia hæc sui ipsius est filia humilitatis, de qua in proximo capite actum est. Quia Prædicator persuadet sibi se nihil aliud esse, quàm Dei instrumentum, & quemadmodum instrumentum, etsi aliàs aptum beneque præparatum, non potest perficere opus, nisi artifex in manum illud accipiat, eoq; proprio arbitratu vtatur: ita ipse, quamuis præclaras habeat dotes, non potest illis fidere; nec fructum vllum faciet, nisi Dei manus eum moueat, & ad fructum capiendum iuuet. Ac propterea ipsemet Saluator seipsum, qui homo est, suosque Prædicatores appellauit, a quasi gladium acutum, & hinc sagittam electam. Quemadmodum enim gladius non potest seipsum è vagina educere, nec alium lædere, aut scindere, nisi manus hominis eum educat, eoque vtatur; nec sagitta exire potest ex pharetra, nec seipsum iacere, aut ad scopum tendere, nisi sagittarij manus eam extrahat, & arcu iaciat: ita nullus Concionator potest per seipsum bene, & cum alio vtilitate munus suum obire nisi potens Dei manus adsit, & in ijs qui sequitur, & agit, dirigat: ac proinde necesse est, diligentia & industria sine diffidere, in quantum ipsius sunt; nisi velit eas esse inanes. Quamobrem sepe Dominus noster permittit operarios suos per multos dies, & etiâ annos absque fructu laborare: vt experientia discant suam imbecillitatem ac debilitatem: & tunc accedit, vt iubeat eos piscari in ipsius nomine, vt eius virtus tunc appareat: quemadmodum euenit in prædictis duobus discipulis S. Petri.

SUPER hoc fundamento exurgere debent duæ illæ virtutes obedientia & fiducia in Deum: ita vt ipse Concionator statuat, non aggredi prædicationem ex propria, sed ex Dei voluntate: persuadens sibi id placere Deo, ac de eius omnipotentia confidens, quod cum ipse id velit ac iubeat, daturus etiam sit auxilium & efficacitatem, vt res feliciter eueniat. Hoc enim est quod S. Petrus respondit Christo Domino iubenti laxare retia: *b Præceptor, tota die laborantes, nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo retia. Agnoscimus, inquit, imbecillitatem nostram, propter quam tota nocte inutiliter laborauimus: nunc autem, quia tu id iubes, confidens verbo tuo & potentia, laxabo retia, sperans, me multos pisces capturum. Et ita euenit.*

a *Ih. 49. 2.*

b *Luce, 5. 5*

nit, remunerante Domino illam obedientiam & fiduciam copiosâ quadam, valde quæ prodigiosa piscatione. Quare vbi hæc duæ virtutes combinantur ipsam prædicationem, cum ea diligentia & industria, quam Concionator merito adhibere debet: ipsi Deo incumbit prosperum dare exitum in eo gradu, qui ad ipsius gloriam magis expediet, liquidem omnis fructus, quem Apostoli collegerunt, ex vtraq; hac virtute originem duxit. Deus enim illos mittebat, suaq; omnipotentia adiuuabat, in qua ipsi collocabât suam fiduciam, quia non aliter existimabant, quàm se esse instrumenta & sagittas Dei, iuxta illud Dauidis: *c sicut sagitta in manu potentis, ita filij excussorum*. Excussos siue eiectos, ait S. Hilarius, vocari Apostolos: eò quòd in Mundo quasi eiecti oberrarent ab vno in alteru locu: nunc quòd hostes & persecutores illos expellerent ab hac Ciuitate; & ideò illi ad alteru accederent, nunc quòd ipsemet Dominus iuberet, eos ad varia loca se conferre. Hi sacri Apostoli & reliqui eorum filij, qui in officio prædicandi eis succedunt, sunt quasi sagittæ in manu parentis Dei, quia ipse eas ex pharetra educit, & iubet recollectionem suam delerere, & sua omnipotentia illos iacit, & per eos penetrat corda, & vulnerat dolore peccatorum & amoris Dei; & facit, vt se obsequio diuino subijciant. Si autem viribus suis fiderent, diceremus: *d sagitta paruulorū facta sunt plagæ eorum*. nam paruuli tales mittunt sagittulas, vt neq; occidat, neq; lædant, & vix aliquod signū relinquant: sed strepitum tantum paruum edunt: quia non penetrant cor, neque terrent, nec bona in eo desideria excitant. Si autem innitantur Dei potentia stupendos faciunt effectus, iuxta illud Dauidis: *e emisit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit & conturbauit eos*: quòd idem est (vt explicat S. Augustinus) atq; si dixisset: misit Deus Prædicatores suos tanquam sagittas, virtutum alis volantes; non suis, sed mittentis viribus innitentes: & sic destruxit peccatores, quæ tales: quia in eis eorum peccata extinxit. Sed & tanquam fulgura misit illos, cælestibus donis ac miraculis splendentes: & operatus est per eos mutationes stupendas. Gloriantur itaque Prædicatores, se esse filios Apostolorum, imitantes eos in obedientia & fiducia: & statim erunt quasi sagittæ in manu potentis, sicut fuerunt ipsorum parentes, cum admirando feruore & efficacitate in suis ministerijs. Quòd etiam significatur in translatione S. Hieronymi, qui loco verbi illius: *filij excussorum*, legit. *filij inuentus*, & Theodocion legit: *filij adolescentiarum*. Ad significandū, quòd quemadmodum filij parentum inuenū solent esse fortiores, ac robustiores, suisque parentibus similiores: ita filij Apostolorum haberent magnum feruorem, & virilem fortitudinem in suis operibus, in virtute mittentis eos quasi sagittas.

SE DVt appareat qualis esse debeat hæc obedientia Deo exhibenda, cui

XXX 3

fiducia

c Psal. 126
4.

d Psal 93.8.

c Psal 17. 15
ibidem.

Luc. 5. 4.

lib. 2. 99.
Enang. 9. 2.

g. Proverb.
27. 28.
h. Matt. 12.
50.

fiducia innititur: referemus hic circūstantias eius, quā S. Petrus in his casibus exhibuit. Prius enim quā retia laxaret, dixit ei Christus Dominus noster: *duc in Altum*. Potuisset Christus D. efficere, vt pisces uerent ad locum prope terrā, ubi erat nauis, vt ibi caperentur: sicut fecit secunda vice post suam resurrectionem: ubi non iussit nauim mutari, sed vt in eodem loco manentes, mitterent retia ad dexteram nauigij. Nunc tamē id noluit, sed vt nauis duceretur in altū, ubi prius frustra retia laxarant: vt sic magis emineret miraculum, ac discipuli obedientia probaretur; simul, vt ostenderet duos modos, quibus talis piscatio euenire solet. Alter est, vt ipsi piscatores eant ad locum, ubi sunt pisces, hoc est, vt Deus iubeat Prædicatores ire ad loca, in quibus ille paratas iam habet animas, quas Prædicatores suā prædicatione lucentur. Alter modus est, pellendo pisces ad locum, ubi sunt piscatores: efficit enim Deus vt peccatores accedāt ad eorum conciones audiendas. In utroq; tamen modo laxanda sunt retia ex obedientia: vt prospera sit piscatio. Et quamuis locus ad quē eos miserit, valdē sit remotus: debent illi meritō obedire. Nā id ait S. Augustinus, significare, quōd Christus Dominus noster prius dixerit S. Petro, vt *nauim à terra reduceret pusillum*; & postea, vt *ulterius duceret in altū*: vt intelligeret, quod esset iplos missurus concionatū primū ad Regionēs propinquas; & postea ad remotiores; & in omnibus deberēt ipsi obedire. Et quōd obedientia perfectior erit absque replicis, repugnantia, aut pertinacia proprii iudicij: ex eo in hac parte erit efficacior ad finē intentum, Ac propterea Saluator noster iussit septem discipulos *mittere rete ad dexteram nauigij*. licet enim parū referret mittere ad dextram vel ad sinistrā nauiculæ in mari ad eō magno: multū tamen referebat, facere quod iubebantur; subijcientes propriū iudicium, vt melius obedirent imperanti. Quoniā autem manus dextra, est iudicium tranquillitatis ac prosperitatis: voluit Dominus significare, piscantē ex obedientia, habere bonā manū dextrā, & prosperum ex ea euentū in quo locū haberet illud Salomonis: *g. vir obediens loquetur victoriā*. Nam loquendo & prædicando ex obedientia, victoriā obtinet animarum. Et ipse Dominus dixit: *h. quicumque fecerit voluntatem Patris mei, ipse mea mater est*: quatenus spiritualiter ipsum generat in animabus fidelium, quibus ipse prædicat doctrinam. Ex quo intelligitur, quōd quemadmodum Apostoli, si in eo casu rete misissent ad sinistram, nullum cœpissent piscem, eō quōd fecissent cōtra obedientiam, quē iubebat mittere ad dextrā: ita bonus prædicationis exitus non ex eo pendet, quod locus sit magnus aut paruus; sit aula siue pagus: sed vt sit ille quē Deus preferabit & illa erit manus dextra nauigij ipsi Prædicatori. Si n. ipse sua volūate locū eligat etiam si valdē magnū; erit ipsi manus sinistra, nec exitū bonū habebit.

DEBET

DEBET etiam obedientia præluere in materia docenda, & prædicanda, præcipuè cum illa est futura excellior & eminentior. Talis enim non voluntate propria, inani, aut curiosa eligenda est; sed quæ intelligatur esse conformis voluntati Domini, qui Sancto Petro in prima piscatione dixit: *duc in Altum*. Nam, ut S. Ambrosius interpretatur, *in altum* significat *in profundum disputationum generationis Diuina*. Mare enim in diuinis scripturis non solum mundum significat in quo capiuntur, & ex quo educuntur homines; sed etiam scripturam sacram, qua aluntur & viuunt. Et hæc litus suum habet prope terram, doctrinam scilicet planam, & simplicem, quæ proponitur omnibus fidelibus, magnis & paruis: estq; illis necessaria ad salutem; sed habet quoq; altitudinem & profunditatem immensam, ob altissima & profundissima mysteria, quæ in se continet, ac docet. De quibus necesse est Magistros aliquando agere ac disputare ad conuincendos mundi sapientes, illa negantes, & oppugnantes. Et tunc expedit cum bona facultate, & approbatione ipsius Domini, & ut ipsi obediat Prædicator, talem materiam tractare, ut ab eo adiuuetur: sine cuius auxilio nec tutò posset in talem profunditatem intrare, nec alio cuius momenti piscationem facere. Cum quo tamen auxilio, siue in alto, siue apud litus piscatio est futura copiosa: vtraque enim doctrina confert ad conuersionem & perfectionem animarum. Latet autem magnum mysterium in eo, quod in prima piscatione Apostolorum facta in alto mari, dicit Euangelista: captam fuisse piscium multitudinem copiosam; non exprimens tamen, an essent magni, vel parui, quamuis credibile sit ex omnibus fuisse: secunda tamen piscatio non fuit in alto, nec procul à litore (cum ipse Saluator in eo stans loqueretur cum piscatoribus, & illi audirent) vbi alioqui magni pisces non solent capi, dicit tamen Euangelista *in rete fuisse magnis piscibus plenum*. Ex quo prædicatores intelligant, sæpè doctrinam planam & sinceram, & absq; tot subtilitatibus & profunditatibus, capi etiã viros magnos valdeque eruditos; modò ad sit spiritus Dei ipsi dicenti. Cuius rei bonum testimonium est, quod euenit in Concilio Nicæno: cum Episcopi & Doctores nunquã potuerunt suis rationibus ac disputationibus conuincere magnum quendam Philosophum Gentilem, qui cum aliquibus alijs accessit ipsum Concilium. Quod cum videret S. quidam Episcopus nomine Spiridion, surgens coram omnibus, proposuit simpliciter & candidè fidei doctrinam, absque disputationibus, & digressionibus rhetoricis; dixitque Philosopho: *credis hoc?* Et sic in momento piscatus est magnum illum piscem; & Philosophus statim se dedit, confitens quando virtus Dei loquitur, non posse hominem resistere. Cui rei si attenderent Prædicatores, non tantum studij ponerent, ut in profundum disputationum mare ingrederentur; quantum in obtinenda Dei virtute ad feliciter piscandum, etiam ad litus & simplici ac sincera doctrina.

Sed vite-

Serm. 1.

i Ionn. 21. 12

Eusebius

5 SED vltius adhuc progreditur virtus obedientie in hisce piscationibus, in quibus fuit quiddam valde insigne. Nam in prima piscatione obediuit S. Petrus in laxandis retibus, agnoscens ipsum Christum, qui laxare iubebat; in secunda autem obediuit dicenti vt laxaret, non tamen sciens quis esset, qui id ei suaderet, quamuis reuera esset ipsemet Christus, habitu indutus quasi hominis volentis pisces aliquos emere. Quae obedientia fuit multo perfectior & cum quadam sancta cecitate, & promptitudine iudicium suum alieno subiiciens etiam cum experientia docuisset frustra ipsos laborasse. Vt intelligantur duo modi obedientiae, qui in his casibus eueniunt; *Alter* manifestus ac certus, cum ipsemet Christus iussit Apostolos ire praedicatum in mundum; aut per reuelationes, aut impulsus vehementes cum eos ad praedicandum in aliquo loco impellebat. *Alter* est, cum idem praecipit per praelatos, in quibus ipse laeret; aut cum ipsemet fideles salutis animarum suarum cupidi, id petunt: nam & in illis est Christus; & per eos petit, vt laxent retia ad conuersionem peccatorum. In vtroque autem modo necesse est Christo Domino nostro obedire. Ergo obediendi ei causa concionatur, sperare potest prospera sua piscatione.

6 SED aliud quoque mysterium latet, quod in prima piscatione fuit Christus D. N. cum Sancto Petro in ipsiusmet nauis, omnibus videntibus; in secunda autem fuit procul a nauis in terra, & ita reclusus vt non agnosceretur vt sic duos alios modos significaret, quibus suis adest Praedicatoribus, eoque iuuat. *Alter* est, cum manet valde propere illos, seseque; adesse & auxilium illis praebere aliquibus iudicijs manifestat. Quod euenit, cum auctoritatem praedicationi adfert, gratiam edendi miracula: quae sunt certa testimonia praesentiae ipsius Saluatoris; aut cum tantos fauores & interna dona eis communicat; vt ex eis certo agnoscant, Deum cum ipsis esse in nauis animarum ipsorum, dirigens ipsum ministerium, quod obeunt. De quo dixit Apostolus. *Et an experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Quasi sceret satis multae sunt experientiae huius rei, ex admirandis operibus quae per me est operatus. Sed alter est modus eos iuuandi valde occultus: cum videtur abesse a nauis anime, seseque; occultat nec praebet sensibilibus praesentiae indicia: sine quibus tamen magnam praebet efficacitatem, ad vtiliter concionandum. Eo enim obedientia & fiducia maior censenda est quod innitit fidei puriori, magisque; subiectae, absque; signis externis: ac propterea dignior est, cui Dominus faueat, dans ei piscationem copiosiorem.*

§. II.

1 SED nunc videamus quid S. Petro euenerit post has piscationes. Nam priori, stupefactus miraculo illo, procedit ad genua Iesu, dicens *Domine, quia homo peccator sum, Domine.* Procul omnino erat vt suis meritis piscationem attribueret, qui se tantum agnoscit peccatorem, vt non putet se dignum

k 1. Corint.
13.3.

a Luc. 58.

se dignum, qui in Christi presentia maneat, neque illum in sua retineat
 nauis: eum in modum; quo eidem Domino dixit Centurio: b *Domine uo*
sum dignus, ut intres sub tectum meum. Admirabatur, inquit S. Ambrosius dona
Diuina, & quo plus meruerat, hoc presunebat minus: & timens euanescere, ait:
exi a me. Non rogat, ut deseratur, sed ne infletur, ne amittat quod ac-
 quisit: ut ex hoc facto Prædicatores discant, quid agere debeant in pro-
 fectis euentibus: seipos scilicet coram Deo humiliantes, eosq; diuina bo-
 nitati & omnipotentia tribuere: nullo autem modo proprijs meritis; imò
 indignos potius se debent iudicare, quibus Deus assistat ad opera ad-
 egru. Quod si timeant vanam gloriam, possunt cum reuerentia dicere:
exi a me Domine, ne talia per me edas facinora: quia magnus sum peccator
superbus, & inanis gloriae cupidus, & arrogans: & forte gloriam, quæ
tibi debetur mihi attribuas. In qua re non petunt reuera, ut Dominus
 ab ipsis discedat; sed ne ipsos in superbiam incidere patiatur. Et quem-
 admodum Christus D.N. non solum non exiit à Petro, propter eius di-
 cendum; sed potius eum consolatus est, & maiori affecit honore, dicens ei:
naus timere, ex hoc tam homines eris capiens: ita etiam, qui ex humilitate se
 subducit, non est propterea abiectus, nec Deus admittit ut se subtrahat;
 sed potius eum consolatur, erigitque, ut in piscatione sua progrediatur.

SED quis non admiretur consilium Dei, ad tuendam & assecurandam
 humilitatem suorum piscatorum? in hoc enim euentu tanta fuit captor-
 um piscium multitudo, ut nauicula penè mergerentur: timens autem Pe-
 trus ne id omnino accideret propter sua peccata, (ut ait Euthymius) di-
 xit: *exi a me Domine, quia homo peccator sum:* ne submergatur nauicula ob
 temeritatem meam, qua simul tecum esse audeo. Quid autem hoc aliud
 est, nisi nobis insinuare, quod soleat Dominus noster permittere suos
 Concionatores post felices huiusmodi euentus incidere in aliqua peri-
 cula tentationum aut afflictionum, qui instar saburrae eos humiliet &
 timore afficiat, ne euanescant? Adeo enim miseri sumus homines, ut ex
 micabilibus, quæ Deus per nos operatur, superbe sumamus occasionem;
 nisi Deus aliquid à nobis prodire permittat, quod nos confundat, & ad
 misericordiam petendam impellat.

ISTi tamè nõ semper tendunt hac via timoris, nec propterea desinunt
 esse humiles. In secunda enim piscatione, agnoscens S. Petrus ex miraculo
 tot piscium captorum, esse Christum D. N. qui erat in terra, & iusserat
 retia laxare: non solum non fugit ab eo, sed magno potius feruore proie-
 cit se in mare, ut citius ad eum perueniret, iudicans nauiculam valde tar-
 de progredi. ut ex hoc intelligatur, quod aliquando Prædicatores bene-
 iam in humilitate & diffidentia de seipsis fundati agnoscant amplius vir-
 tutem Christi; & excitetur animus que accipiant, ut per intimum am-
 o-

b Matth.
 8.2
 in hunc lo-
 cum S. Luc.
 lib 3 de uir-
 gin.

In Luc. 5.

rem & internam familiaritatem magis cum ipso vniantur. Iudicantes autem ordinarium aliorum gressum esse tardiorē; illo relicto, extraordinarium induentes feruorem, student maiori cum perfectione Deo seruire. Quare admiranda quadam harmonia in prosperis euentibus, nunc humilitatem exercent, fugientes inanem gloriam; nunc augetur in eis fiducia, cum maiori feruore charitatis. Et in vtroque debent semper Domino huic esse grati, gloriamque & gratias referre propter piscationem siquidem facta est in nomine & virtute Diuinæ eius misericordiæ.

Luc. 5. 6.

SED quoniam obedientia & fiducia non excludit prudentiā, quæ moderatur occupationes: necesse est Concionatores diligenter attendere, ne patiantur ad eō se ab illis opprimi: vt se periculo exponant omnia mittendi. Et hoc est, quod S. Lucas insinuat in prima piscatione dicens: *rumpatur rete* ob copiosam piscium multitudinem, qui illud sū ingressi, quamuis re vera ruptum non fuerit, quia Dominus voluit miraculo integram & illæsum conseruare. Quid autem est, rumpi rete in tanta piscium multitudine: nisi quod Prædicatores & Operarij Euangelici moueantur periculi in quo versantur, quando nimium progrediuntur in suo officio: ne ob Concionum, & Confessionum & negotiorum multitudinem, quibus se implicat, eis eueniat, vt officium retardetur, & iactantiam faciāt integritatis & puritatis ministerij sui; sanitas lædatur, spiritus suffocetur, & propria deficiat perfectio. Et hæc eueniūt ex nimio & in discreto feruore: quia transgrediuntur limites ab ipso Domino cōstitutos. Et vt plurimum in hoc admiscetur aliquid vanitatis, quæ hominem virget ad maiores labores, quā ferre possit, propter gloriam ex eis sibi obuenerit. Et demōnū meridianum impellit ad tot labores, vt rūpatur rete, & reser piscatio, nec animas lucretur, quas illo piscabatur. Qui tamen ex obedientia progrediuntur, verāq; fiducia, & continent se intra mensuram iuxta dictamen prudentiæ, non debent esse timidi & pusillanimes in re tanti momenti; sed magno animo aggredi quicquid vult Deus. Quærit adiuuabit, ne rete rumpatur, nec frangatur ministerium, nec salus deficiat, aut spiritus propriæ perfectionis in te pescat. Quod si ex aliquo iudicio aduertant rete rumpendum: accipiant ex eo occasionem, vt prudenter occupationem suam moderentur; non verò, vt piscationem omnino deserant: Deus enim misericordiā & benignitate sua detrimentum imminens auertet & ipso exercitio vires augebuntur, taliaque opera eductalesq; proferent fructus reti integro permanente, nec in dicitur fractio nis edente: sicut dixit S. Ioannes de secunda piscatione, quod cum dicitur *es tot essent, ac tanti non tamen est scissum rete.*

d. Ioan. 21. 12

Ad hanc prudentiam pertinet, quod S. Petrus fecit in prima piscatione. videns enim quod rete rumpetur, & quod ipse solus cum suis illud ex-

traheret

transire non possent: *et uenerunt socij, qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos.* In quo apparet prudentia operariorum Euangelicorum, cum recens accedunt ad aliquam Prouinciã, aut ciuitatem; tantamq; aduertunt esse messem, & piscationem adeo copiosã, ut eorum vires non sufficiant ad totam colligendam. Nam ut illa nõ pereat, aut fructus, qui colligi possit negligatur: rogant alios idem institutum & talentum habentes, ut ueniant ad ipsos iuuandos, donec messis tota colligatur, & pisces omnes capiãtur; & animas omnes lucentur, quas Deus per ipsos tangere, & vocare est dignatus. Hic fuit semper stylus Apostolorum, & uirorum Apostolicorum, qui eis successerunt: reuocantium semper in memoriam uictum illud Saluatoris: *Et messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate ergo Dominum in messis, ut mittat operarios in messem suam.* Præcipue enim orandus est Dominus messis, ipse scilicet Deus, & Christus Seruator noster, ut inspiret operarijs, ac permoueat eos, ut socios suos iuuare uelint: eò quod ipsi sint ad tantam messem pauci. Imò nostris etiam temporibus, qui laborant in Indijs Orientalibus, & Occidentalibus, & in Regionibus Septentrionalibus apud Hæreticos, clamantes petunt operarios, qui ipsos adiuuent ad piscationem, quæ illis occurrit faciendam aut ad conseruandam, quam iam fecerunt. Cuius ratio est: quia si non est prudentiæ tantum uelle laborare in piscatione colligenda, ut rete ipsum rumpatur & ministerium deficiat; neque decet permittere illam perire: æquum ergo erit alios vocare socios, qui adiuuent. Quod si ex inuidia eos non uocent; aut, ne ipsi a iqua parte gloriæ defraudentur, uolentes totam soli habere: id sane ualde est à charitate & humilitate Christiana alienum; & genus quoddam crudelitatis permittere animas perire: negligendo uocare co-operarios, & coadiutores ad earum conuersionem; uerum est tamẽ quod ipsamet prudentia dicat: non quoscunque esse uocandos; sed, ut dixit Euang. *Ita: inuenerunt socij, suæ scilicet Professionis: de quibus certi sint, quod possint illos iuuare, & non impedire; sed simul sese coniungere ad piscationem perficiendam, & per eadem uias animas lucrandas.* Si enim existet, alios accedentes, potius impedituros suis dissensionibus, & diuerso modo prædicandi: expedit eos non uocare. Si enim uenerint, citius iuuerint ut rete rumpatur, propter schisma & discordiam inter ipsos operarios. Tali tamen periculo cessante, tenenda est regula ab ipso Christo Domino suis Apostolis tradita, cum illi dicerent: *Magister uidimus quendam in nomine tuo eicientẽ demonia, qui non sequitur nos, & prohibemus eum.* Ipse autẽ Dominus dixit eis: *nolite prohibere eum. Qui enim non est aduersum uos pro uobis est.* Hoc, qui idem facit quod uos, nec uobis aduersatur, uestris conatus adiuuat; ideòq; non expedit auxilium eius reijcere.

Ex quo fit, ut quemadmodum pisces, sancti Petri locij, qui in alia erant nauis, statim atque signa uocantium uiderunt, accesserunt cum cha-

c Luc. 5. 7.

f Luc. 20. 2.

l Luca 9.

4. Marci. 9. 37

ritate ad eos iuuandos, ostendentes etiam in hoc suum obedientiam modum, & subiectionis, sancti Petri signis; & omnes simul rete extraxerunt cum tot piscibus, vt impleuerint ambas nauiculas: ita quia morem Christi, zelumque salutis animarum habent, cum audiunt ad defectum operatorum in alijs regionibus; & signa ac petitiones aduertunt petentium auxilium, cum magna promptitudine sese offerunt ad eos iuuandos. Et simul manentes preclaras faciunt piscationes, vt impleant omnia sua desideria circa fructum faciendum: quia Dominus remunerat eorum obedientiam ac fiduciam euentu illo felici. Est enim insignis obedientia offerre sese ad egregia huiusmodi facinora; & sociorum vocem audire, que est vox Christi per eos clamantis. Estque quidam modus crudelitatis, quod qui potest eos iuuare, nec legitime impeditur, non se ad id offerat, ne minime pereant ob defectum adiutorum. Hoc enim est de quo lamentabatur Ieremias, quod *m paruuli perierunt panem, & non erat quis frangeret in*

m Thren. 4

7

DONIQUE, vt obedientia magis splendeat, cessentque perplexitates, schismata, ac dissensiones quæ in ijs ministerijs esse possunt: dirigit Christus D. N. sermonem suum in hac piscatione ad Petrum, dicens ei soli: *da in altum;* & ille omnium loco responderet: *in nomine tuo laxabo rete.* volebat enim Christus sanctum Petrum facere totius nauis Ecclesie & piscationis animarum caput vniuersale, suumque vicarium in eodem officio dirigendi & gubernandi reliquos piscatores: ita vt eius auctoritate & gubernatione reliqui omnes progredierentur, retiaque laxarent ad eius nutum, sicut ipse Petrus ipse laxauit ad nutum Christi. Quicumque autem Sancto Petro contradixerit, eiusque successoribus; aut ab eorum gubernatione se subduxerit, is Schismaticus est; & quantum est in se, contendit impere rete, & diuisionem ac turbationem ponere in ipsa nauis. Deo autem ipsa incumbit eam sua protectione tueri, vt rete S. Petri, hoc est eius doctrina, & predicatio non deficiat, neque rumpatur; neque eius nauis, quæ est Ecclesia, vnquam pereat, etiam si multa patiatur.

Ex quo oritur, quod auctoritate Successorum S. Petri, hoc est, Romanorum Pontificum vnaqueque Religio mendicantium, in star cuiusdam nauis multorum piscatorum animarum, Prælaturum & caput vnum habeat, illos omnes gubernans; cuius consilio ac directione distribuuntur Piscatores ad suam piscationem; & religiosi eunt prædicatum in varias Præuincias, aut Ciuitates, aut oppida, & varias alias stationes. Quod si Religiosi felicem suæ piscationis exitum habere cupiunt: necesse est valde esse obedientes, & subiectos, laxantes retia in locis sibi designatis; fidentes Deo, quod ibi sibi sitis auxilium daturus; & quod ibi sint ipsi futuri in *fluctu sagitta in manu potentis, & sicut filij excussorum.* vbi S. Chrylost. legit: *allegatorum.* Hi enim filij, qui terrena omnia negotia à se excusserunt, se ipsos

n Psal. 126.

4 Ibidem.

tam en

tamen alligarunt: tribus votis; Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ: vt ministerijs suis melius attenderent, erunt sicut sagittæ in manu potentis Dei, qui vehementi impetu eos iaciet, vt ingentem faciant fructum animarum. Et S. Augustinus aduertit quò brachium est fortius, ac robustius: eò remotius iacere sagittam: cum autem Dei brachium sit omnipotens: ideo Apostolos projicit vsque ad vltimos fines terræ. Propterea enim Apostolus dixit de eis: *o In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Et etiamnum Prælati Religionum, quorum brachium est Christi brachium, projiciunt filios suos etiam vsque ad vltimos fines terræ, & illi tanquam filij obedientiæ, & sagittæ electæ, & manui mittentis subiectæ, proficiscuntur magna cum animi voluptate ad designatum sibi locum, & per eos operatur Deus multa præclara in bonum animarum: vt per eius diuinam misericordiam vidimus in Religiosis Societatis Iesu, qui sagittarum instar sinunt se in manu suorum Prælatorum, & summi Pontificis, cum voto speciali proficiscendi absque vlla repugnantia, quocunque ille voluerit eos mittere, siue ad infideles, siue ad hæreticos: & ita huic obedientiæ confidentes, insignes effecerunt conuersiones hominum in toto mundo.

SVPEREST itaque solum, vt supplices oremus Dominum Deum nostrum, vt dignetur Ecclesiæ suæ de huiusmodi piscatoribus ac sagittis prospicere: quales iam depinximus, vt animarum lucrum accrescat. Absque vlllo enim dubio familia huiusmodi operatorum potest se felicem reputare; & beatum illum celsere possumus, cui sunt illi commissi: de quo dixit David: *p Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis,* aut vt S. Chrysostomus legit: *Beatus qui impleuit pharetram suam ex ipsis,* scilicet sagittis. Ac proinde felix ac beata Religio, quæ in modum pharetræ plena est selectis adeò sagittis, & beatus illæ Prælati, qui sua directione eas potest educere, & per mundum in varias partes mittere: vt in vir-

tute Dei peccata occidentes, peccatores conuertant, Ecclesiam amplificent, & cælos replent.

(.)

Ibidem.

o Roman.
10. 18.

p Psal. 129.

CAPVT XIII.

DE ZO ZELO ET ANIMI FORTITVDINE PRAEDICANDA SUI VERITAS. & VITIAREPREHENDENDA.



QVONIAM EVANGELICA DOCTRINA ADEO ADVIRSATUR erroribus infidelium, vitij que mundanorū, & omnium peccatorum repugnantium ac pertinacium: necesse est Prædicatorum errores illos impugnantem ac dissoluentem, ac de vitijs monentem & reprehendētē homines, magnas pati persecutiones & aduersitates; nec posse munus suum, vt oportet, obire:

si feruenti zelo, magna animi fortitudine, patientia munitum: vt veritatem, etiam si displiceat, auditoribus liberè prædicet, concalcatis omnibus timoribus, quos Dæmon, mundus, & caro adinueniunt: vt eis se opponant, ac resistent. Zelus hic valde eluxit in omnibus Prophetis, prædicantibus quæcunque Deus iubebat. pectore adeò inuictō, vt audeant suum os Regibus ac Principibus ostendere: nihil dubitantes eo nomine in carceres mitti, seruari, & crudelissimis cruciatibus vitæ spoliari. Prætereamus exemplum zelantis Eliæ, quod supra recensuimus; & aspiciamus Micheam Prophetam qui eodem tempore officium suum præstitit. Is enim adeò impertemto animo veritatem affirmabat, vt neque Rex Israel, neque quadringenti Prophetæ Baal contrarium asserentes, neque falsi Consiliarij ad annuendum Regi cum falsis Prophetis ipsum inducentes, efficere potuerint, vt veritatem, quam à Deo cognouerat, occultaret. Ac propterea Rex Israel loquens cum Rege Iosaphat de Michea dixit: *Ego odi eum, quia non prophetauit mihi bonum, sed malum.* Infelix enim ille Rex id tantum reputabat bonum, quod esset suis votis conforme; etiam si alijs esset falsum; malum autem vocabat etiam quod esset verum, si palato suo aduersaretur: ideoque oderat Prædicatorem verum ipsi dicentem. In huiusmodi enim locum habet vulgare proverbiū: *veritas odium parit* adulatio verò comparat amicos. Ex quo fit, vt qui de tali amicitia gloriantur, gerant se sicut nuntius ille missus à Rege Israel ad ipsum Micheam, vt responderet: an esset iturus ad quoddam bellum, quem admodum quadringenti Prophetæ Baal illi suadebant: dixit enim nuntius Micheæ: *ecce sermones Prophetarum ore vno Regi bonæ adiciat, sit ergo*

Tract. 4. 67

23 Reg. 22. 8

sermo

sermo et usus similis eorum. & loqueret bona sic. n. excipieris cum honore à Rege & à tota eius aula. quemadmodum reliqui Prophetae. Sed quid illi verus Dei Propheta respondit: *viuit Dominus* (inquit) *quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar, siue illud placeat, siue displiceat, siue prosperum sit, siue aduersum: etiam si intelligam, omnes contra me insurrecturos: ac propterea à Regis gratia me excalurum, & à totius populi fauore & amore; & libertatem meam, honorem ac vitam amissurum. Qui quemadmodum se facturum iurauit, ita opere impleuit: quamuis propterea fuerit percussus à quodam falso Propheta in maxillam, & iussu Regis missus fuerit in carcerem in quo sustentaretur pane tribulationis & aqua angustia; hoc est, pro cibo haberet cruciatus, & angustias pro potu.*

§. I.

HAVD dissimilis fuit Ieremias Propheta, quem Deus in suum elegit Prædicatorem: & cum eum ad prædicandum mitteret, dixit ei: *accinge lumbos tuos, & surge & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. Ego quippe dedi te hodie in Ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, super omnem terram. Regibus Iudæ, Principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduersum te, & non praualebunt: quia ego tecum sum, vt liberemus te. Iure optimo Dominus noster suum Prædicatorem vocat Ciuitatem munitam sicut vocauit Apostolus: b Ciuitatem supra montem positam. Debet enim habere in se exercitium virtutum, & sanctorum operum, quæ instar castrorum eum protegant ac defendant; debetque esse munitus & corrobatus omni genere armorum spiritualium, quæ Sanctus Apostolus vocat *armaturam Dei*, cum dixit: *state succincti lumbos vestros in veritate* (amplectentes veram castitatem & puritatem) *& indui loriam iustitiæ, & calceati pedes* (mortificantes affectus vestros terrenos) *in præparatione Euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea exinguere: & galeam & spem salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, quod prædicaturi estis. His armis munitus Prædicator, erit quasi Ciuitas benè munita, & columna ferrea, & murus æreus; coniungens vitæ, morumque celsitudinem cum fortitudine & firmitate, ad Ecclesiam doctrinâ suâ sustentandam ac defendendam ita vt quamuis magnates, statûs seculares & Ecclesiastici, & multitudo plebis contra eum exurgant, præualere non possint: quia habet secum Deum protectorem, & adiutorem præcipuum. Nec censebuntur præualere, euam si ipsum capiant, torqueant, & mactent. Id enim totum fecerunt Principes & Sacerdotes Iudæ contra Ieremiam: nec tamen contra eum præualuerunt: quia non potuerunt efficere, vt desineret veritatem prædicare iuxta Dei mandatum: in quo ipse contra eos præualuit.**

QVTD igitur dicemus de Propheta Ezechiele: cui Deus tantam dedit animi

a Ierem. 1.

17

b Matt. 5.

14.

c Ephe. 6. 13.

d Ezech. 1.8

animi fortitudinem, ad prædicandum ipsius verbum genti rebelli & contumaci Israel, vt diceret ei: *d ecce dedifaciem tuam valentorem facies tuam; & frontem tuam duriozem frontibus eorum. vt adamantem & vt silex dedifaciem tuam: ne timeas eos neq; metuas à facie eorum: quia ego te cum sum.* Atque si ei dixisset: quamuis populus, ad quem ego te mitto, sit temerarius, fortis ac durus in peccando: ego te audaciorẽ, fortiozem, ac duriozem reddam ad prædicandum, & reprehendendũ eorum vitia, si forte audiant & conuertantur. Perpendit autem S. Gregorius, quod Deus conferat faciẽ & Prædicatoris cum adamãte, qui est lapis pretiosus, & magni ornamentis; & cum silice, lapide scilicet vili & conculcato: vt intelligat, quod erga potentes, qui ipsũ honorant, debeat esse solidus quasi adamãtes, seruãas magnã auctoritatẽ, & animi libertatẽ, ne propter eorũ respectum deficiat in ijs, quã præstare debet; cum alijs autem, qui ipsũ contemnunt & quasi calcant: debet esse durus sicut silex, ad tolerandum nec desistere: & quemadmodum silex est igne naturã, & emittit scintillas cum excussorio ferro percutitur: ita facies Prædicatoris, accensa esse debet igne amoris & zeli contra peccata, ad accedendos peccatores amore Dei: se ipsum verò defendendum, ne repugnantium irẽ & minẽ ipsum terreat aut noceant. Ad idem propositum tendit, quod Deus iussit eundem Prophetam, cum prædicaret contra rebellem Ierusalem, *sumere sartaginem ferream, & ponere eã in murum ferreum inter se & Civitatem.* quã sartago (vt ait idem S. Gregorius) significat vehementẽ zelum gloriã Dei & salutis animarum, quemadmodum enim cibus frigitur in sartagine: ita anima zelantis Prædicatoris frigitur in ipso zelo: cum ita est accensus sicut Apostoli dicentis: *quis scandalizatur, & ego non vici.* Qui zelus est instar muri ferrei protegentis Prædicatores aduersus pertinaces, qui ipsis resistunt; & in Die iudicij reddet eos tutos, cum exigetur ab eis ratio de præstato suo officio.

e Ezech. 4.3

Homil. 12. in Ezech.

f Corint. 11. 29.

Et 2. Pastoral. c. p. 30.

g Luc. 1. 17. h 3. 7.

i Marc. 6. 18

k Matt. 21. 7.

TRANSEAMVS nunc ad nouum Testamentum, & faciamus initium à Sancto Christi Præcurfore, qui *g præcessit ante ipsum in spiritu & virtute Elia,* imitans zelum huius Prophetã: quo incensus asperẽ reprehendebat vitia Phariseorum, appellans eos *h gemina vipera:* um: & postea ostendit animi sui fortitudinem in Regem Herodem, dicẽs ei: *i non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Quamuis autem Herodes, eum libenter audiebat; & ipse intelligebat, propter huiusmodi reprehensionem Regis amicis iam se amissurum, & venturum in odium & nam Herodias: non tamen propterea ab officio suo destitit, neq; à Rege cum libertate reprehendendo. Quobrem ipse Christus de eo dixit, quod non esset *k arundo vento agitata:* non enim erat inanis aliquis homo, quãrens honorem suum; mirabilis, aut

in con-

inconstans sicut Luna; non euanescebat prosperitatibus: neque aduersitatibus animum abijciebat: non flectebatur potentium favore, neque ob eorum minas spiritum suum relaxabat; sed potius in suo splendore sicut Sol permanebat. erat colūna ferrea inuicta, quasi vna illarum quas posuit Salomon in templo. *m ex are fasili*. quas vocauit Iachin & Booz. hoc est firmitatē & fortitudinem quarum præclaras proprietates postea explicabimus. Eius quoque facies erat sicut *adamas & silex*: *adamas* quidem ob vitæ perfectionem, & præstantiam: quæ, *n cum ipse nullam signum fecisset*, sufficiens tamen fuit vt ab omnibus in honore haberetur, & magni fieret, multosque conuerteret peccatores: *silex* autem propter insignem suam humilitatem, simul cum igne & zelo charitatis: qua tenebatur ad propugnandum honorem Saluatoris. Quemadmodum apparuit cum tactus excussorio ferro illius interrogationis: *o Tu, quis es?* Respondit zelo humili, & humilitate zelante se neq; Christum esse, neq; Eliam; sed *voce clamantis in deserto: dirige viam Domini*. propter quæ ipse Saluator eum appellauit: *plucernam ardentem, & lucentem*: ardebat enim igne charitatis, & feruentis zeli, ac desiderij gloriæ Dei, lucebat autē predicatione, qua proximorum bonum promouebat. Cuius ardor & lux tanta fuit, vt aquæ persecutionum, quas Herodes in ipsum excitauit, non potuerint eam extinguere. Quamuis enim vitam ei abstulit, quamdiu tamen illa perdurauit, nunquam eius flamma passa est aliquam immutationem.

Hoc primum exemplar est Prædicatorum Euangelicorum, quorum officium est esse præcursores Saluatoris; & præparare corda hominum. quæ ipse inhabitet per fidem & charitatem. In cuius rei signum q̄ misit ipse discipulos suos tanquam præcursores ante faciem suam in omnem locum, quod ipse erat venturus. Nam (vt S. Gregorius explicat) Christus Dominus moxter sequitur suos Prædicatores; & prædicatio præuenit ac præparat hospitium animæ, in quam ipse per suam gratiam ingreditur: ac propterea omnibus competit illud Isaiæ: *parate viam Domini*; & illud Davidis: *iter facite ei, qui ascendit super occasum*: vt illuminet manentes in occidente peccati. Ad quod munus obeundum, vt oportet, necesse est, eos imitari zelum ac fortitudinem magni Ioannis Baptistæ; & esse lucernas ardentem, & illuminantes ita firmiter, & constanter, vt nulla tribulatio extinguere eam possit.

PRÆCLARIUS tamen adhuc est exemplar ipsius Christi nostri Saluatoris ac Magistris: cuius in hunc modum aduentus fuit eo tempore & occasione; vt ostendere potuerit magnū suū zelū & fortitudinē qua restitit & opposuit se innumeris peccatis, quæ tunc maxime in populo illo Hebræo feruebant; & errantibus doctrinis Scribarum, Phariseorum, &

1 Eccl. 27. 12
m 3. Reg. 7.
15. 12. Trad.
dat. 7. 13

n Ioan. 10.
41.

o Ioan. 1. 20
23.

p e. 5. 35.
S Gregorius
Homil. 11.
in Ezechiel.

q Luc. 10. 1
S Gregorius
Homil. 19.
in Euan.

r Isai. 40. 3
s Psalm. 67.
5.

1. Luc. 11. 53

Pontificum, ac Sacerdotum, qui eius erant Magistri. Qui cum ferre non possent graues ipsius Domini reprehensiones: calumniabantur, & persequebantur eum, vt S. Lucas ait: *traxerunt grauitate insistere, & os eius opprimere de multo, insidiantes ei, & quarentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.* Quāuis autem multū illi laborarent, vt os eius obstruere: nunquam tamen libertatem & auctoritatem eius opprimere potuerunt. Et quamuis ipsimet discipuli, p̄ timore seueritatis, qua illos homines tractabat, voluerint eum à proposito auertere: ipse tamen non desitit. Et cum quidam Phariseorum semel ei dicerent: *uaxi & vado hinc, quia Herodes vult te occidere.* ipse dixit eis: *ite & dicite vulpi illi: me ipsius causa non cessaturum ab officio meo, donec consumar.* Et sic perseverauit vsque ad mortem in cruce sub manibus hostium suorum.

Matt. 15. 14
u. Luc. 13. 322. 2. 9. 43. 8.
7. ad 2. 4

a. Act. 4. 19.

§. II.

NE TAMEN exemplum hoc Saluatoris occasionem præbeat zelantibus minus prudentibus, & audacibus. alicuius lapsus, aduerendū est. in duobus casibus ostendendum esse zelum & fortitudinem vsque ad sanguinis effusionem. PRIMVS est, in prædicanda & docenda vera doctrina fidei Catholicæ, & morum proborum aduersus eos, qui falsam impugnant aut impedirent. Tunc enim (vt ait S. Thom.) nunquam est desistendum, aut de feruore remittendum, propter minas, aut humanos timores; neque ob scandala, aut tumultus, qui exurgerent: quemadmodum & ipse Saluator fecit, cum suam doctrinam prædicabat; & eius Apostoli ipsum imitantes infracto pectore ac zelo fecerunt. Nam cum Principes Sacerdotum mortem eis minarentur, si Christi doctrinam prædicarent: magno animo responderunt: *si iustum est in conspectu Dei vobis audire, quā Deum: iudicate, non enim possumus, quæ vidimus, & audimus non loqui:* neque enim tam estis cæci, vt non iudicetis præstare, vt Deo ipsi potius obediamus, quā hominibus. Non dixerunt eis, vt attendent an iustum esset in proprijs ipsorum oculis; sed in conspectu & coram oculis Dei: nam Prædicatores & Magistri non debent adhibere pro regula ac directione sensus ac iudicij, quod verum ac iustum apparet in oculis humanis, laborantibus, superbiâ, inuidiâ, & cupiditate; sed quod verè iustum est in oculis purissimis Dei qui nunquam decipiuntur; & semper iudicant pro veritate & iustitia: quam vbi satis cognitam habet, dicere debent: *non possumus, quæ vidimus, & audimus, non loqui,* & prædicare. Hoc est quod lumine rationis ac fidei nouimus, & quod Deus iubet vniverso mundo publicari, nō possumus nō loqui. Quod si hoc nomine comparabimus nobis inimicos, eò quod *veritas odium pariat:* illud accipiant pro solatio, quod Deum sibi faciant amicum; dum, quod ille iubet, promulgant. Ita euenit S. Paulo Apostolo, cum Galatis prædicabat, non esse amplius obseruan-

obseruan-

obseruandam legem antiquam. *bergo*, inquit, *inimicus vobis factus sum, verum dico vobis?* Nec tamen propterea desistit verum dicere, ac docere eos, ac reliquos, donec caput suum pro Catholica veritate exposuit.

Idem adhuc melius intelligitur, proposito secundo casu, qui frequentior est: ostendendo scilicet zelum & animi fortitudinem in reprehendis vitijs: quamuis non fiant cum intellectu errore contra veram doctrinam, sed ex sola malitia & voluntatis prauitate: vitia enim publica, quæ detrimentum adferunt communitati, magno & imperterrito animo reprehendenda: quamuis aliqui particulares, cuiuscunque illi sint qualitatibus & conditionibus, turbentur & indignentur. Nam (vt ad hoc propositum dixit S. Thomas) communitatis bonum cuiuscunque particularis hominis paci & quieti est præferendum. Quare cum aliqui deprauata sua vita & malo exemplo, ac detestandis colloquijs plebem scandalizant, eamque incitant ac prouocant, ad eos in similibus peccatis imitandos: non debent doctores ac prædicatores vereri indignationem, & offensionem, quam illi ex ipsorum reprehensione sibi accipiunt. Et quamuis illi scandalizentur, accipientes ex huiusmodi prædicatione occasionem vitiorum, & grauium aliorum peccatorum: hoc scandalum (vt idem S. dixit) non actiuum est, sed passiuum: hoc est, non prædicatores illud præbent, sed peccatores iniuste illud sibi accipiunt. Et de huiusmodi dixit S. Gregorius: si de veritate scandalum sumitur, vitius permittitur nasci scandalum, quam veritas relinquatur. Et huiusmodi fuit scandalum Phariseorum: propter quod noluit Saluator desistere à suæ doctrinæ prædicatione: sed potius cum Discipuli ei dicerent: *Magister, scis quia Pharisei auditu verbis hoc, scandalizati sunt?* ipse respondit: *finite illos: cæci sunt, & duces cecorum, cæcus autem si cæco ducatur præstet, ambo in foueam cadunt.* quasi eis dixerit: ipsorum id culpa fit, & plebis eos sequentis: non decet autem præterire admonitiones & exhortationes ad illos, vt tandem aperiant, oculos, & cæci esse desinant; quod si facere nolint, incident & peribunt in foueam scandali, quod ipsimet sibi accipiunt.

Hoc idem confirmat S. Bernardus his præclarissimis verbis: cum carpuntur vitia & inde scandalum oritur: ipse sibi scandali causa est, qui fecit quo argui debeat. Neque cautiore, inquit, sum viro illo Sancto, qui dixit: melius est vt scandalum oriatur, quam veritas relinquatur. Quamquam nescio quid proficit: si quod mundus clamat, ego tacuero: omniumque passim naribus iniecto fetore, solus dissimulo pestem. Hoc idem intendit Apostolus, cum Sancto Timotheo dixit: *de peccantes coram omnibus argue: vt & ceteri timorem habeant.* Sed an non (ait S. Chrysostomus) scandalum augetur, si peccata coram hominibus reprehendantur? imo dico maius fore scandalum, si peccata publica ab omnibus aduertantur, &

b Galas.
4. 16.

2.

3. p. 7. 42. 42

2. 2. 9. 43. 4
1. ad 4.

Homil. 7. in
Ezechiel.

c Matthe
15. 14.

3.

Epist. 78.
S. Gregorius

»

»

»

»

d. 1. Timoth.

c. 20.

ibi.

tamen nec reprehendantur. nec puniatur. Quemadmodum enim melius accipiunt sibi facultatem peccandi, quando impunè peccant: ita cum peccata reprehendantur, & puniuntur multi student esse virtuosos. Et quo deducit S. Thom. Predicatore teneri corripere & punire huiusmodi delicta: siue pœnâ iniuncta impediatur illa in ipso delinquente, siue illi culpâ suâ nolente abstinere, saltem præueniat detrimentum communitatis, & alios reddat cautiore. vt enim Salomon dixit: *pestilente flagellato, stultus sapientior erit.* Quamuis autem verum sit, habendam esse aliquam rationem autoritatis eius, qui peccat: propterea enim dicit Apostolus discipulo suo Timotheo: *f. seniore ne increpaueris, sed obsecra, vt Patrem.* Hoc tamen (ait S. Gregorius) intelligi: cum seniorum culpa non est iunioribus mortis occasio: si tamen senior malo suo exemplo eos destruit & corrumpit, debet seuerè ac fortiter reprehendi. Nam (vt ait S. Thomas). Apostolus loquitur de illis senioribus, qui sunt tales non solum ætate, sed autoritate etiam, & morum grauitate. de quibus Dominus dixit Moyse elige *g senes* in iudices populi, *quos tu nosti, quod senes sint.* Quando autem ætate senes, sunt moribus iuuenes; & senectute sua vtuntur tanquam armis ad iuuenes scandalizandos: corripendi sunt peccatore intrepido, quemadmodum increpuit Daniel duos illos senes, appellans eos *h inueteratos dierum malorum.* Denique ita stricte hoc reprehendendi munus Predicatore obligat, vt Deus de illis conqueratur, qui ob humanos respectus illud negligunt, vocans eos *h canes mutos non valentes latrare*: hoc est, videntes lupos discerpentes oues, non audentes contra eos latrare; nec reprehendere impia illorum exempla; nec monentes oues, vt eos fugiant. Et per Ierem. dixit: *k P. oph. tauri non aperiebant iniquitatem tuam vt te ad penitentiam prouocarent.* Nam (vt S. Gregorius explicat) non aperiebant clauem reprehensionis peccatum tuum; quod est alijs notum ac manifestum, tibi autem erat occultum, aut parui illud faciebas: ac propterea negligebas pœnitentiæ remedium adhibere. Et in Apocalypsi Deus grauiter reprehendit Episcopos, qui patiebantur publicos huiusmodi peccatores, vt postea videbimus.

S E D quoniam in hac vitiatorum publicorum correctione potest Predicator prudentiæ limites excedere: aduertendum est, quod cum huiusmodi vitia tantum sunt in parvis aliquibus, & quidem sine periculo inficiendi populi multitudinem: expedit adhibere correptionem secretam publicam prætermittit: maximè, si timeatur, quod publica adhibita, illi fient deteriores; & noua aliqua scandala exurgant, & turbationes, aliæque damna maiora sequentur, quam quæ nunc sunt. Nam (vt ait S. Thomas) in hoc casu non obtinetur finis correptionis, quæ in bonum proximi dirigitur: si, vt diximus, credatur potius proximus euasurus

deterior

c Prouer.
19. 5.

f. Timoth
5. 1.
Lib. 7. Epist
2. referitur c
paulus.
2. 9. 7.

3 p q 42 a. 2
ad 3.
Numer.
11. 16.
h Daniel.
h. 3. 52.

i Iai. 56. 10

k Thren.
2. 14.
lib. 2. past.
c. 4.

Tract se
quenti:
c. 12. c. 15. a

2. 2. 9. 33. a6

deterior si publicè corripatur iuxta illud Salom. 1: *noli arguere deorsore
 ne oderit te.* Et Ecclesiasticus idè amplius explicauit, dicens: *non incendas
 carbones peccatorum, arguens eos: ne incendaris flamma ignis peccatorum illorū.*
 Quemadmodum enim carbones extincti nō nocent; quando autem ac-
 cendantur & fouentur comburant accendentem, & attritentem; ita
 cum Principes aut personę publicę sunt quasi carbones mortui, ac turpes
 in seipſis propter sua peccata; sed sine aliorum detrimento: non expedit
 publica reprehensione, irā & indignatione magna eos accendere, ita vt
 ipsum reprehendentem accendant, & comburant, addentes etiam pec-
 cata præteritis maiora. Et ita S. Augustinus ait sæpè Doctores Ecclesię
 prætermittere correptionem peccantium, non ex negligentia: sed quia
 verentur illos in maiora mala lapsuros: prætermittere autem, inquit, cor-
 reptionem spe melioris occasionis, & opportunitatis; aut ex timore, ne il-
 li deteriores fiant, aut aliorum debilitium bonum impediunt: non erit in-
 dicium cupiditatis, aut timiditatis; sed charitatis concilium. Ad idem
 propositum explicat S. Hieronymus illud Amos Prophetę: *n prudens in
 tempore illo tacebit: quia tempus malum est.* Ecclesiasticus enim vidēs peccata
 publica, quę ob multitudinem & grauitatem suam opprimunt iusticiam;
 nec potest ipse remedium adferre: tacet prudenter, & prætermittit præ-
 dicationem: *omne sanctum deturbitus qui censeat illud conuulsaturi;* & inde
 accepturi occasionem, vt peiores euadant. Idem consiliū approbat S.
 Greg. exemplo Samuelis, qui postquam Saulem Regem reprehendisset
 ob eius inobedientiam: cum tamen Saul respondisset: *peccasti: sed nunc
 honorame coram senioribus populi mei. Et coram Israel, & reuertere mecum, vt
 adarem Dominum Deum tuum: Samuel, reuersus, secutus est Saulem.* Nam si
 post illam reprehensionem eum reliquisset, & publice tanto pudore affe-
 cisset: forte ille occasionem inde arripuisset adorandi etiam idola. Qua-
 re, ait S. Gregorius, quandoq; mala Regum & terrę Magnorum toleran-
 da sunt ne exasperati ad maiora dilabantur. Quare sic inquit, damnanda
 est iniquitas potentium, ne exasperentur; & bonum, quod adhuc superer-
 rat, abijciant: sæpe enim in oculo sunt mali, & bonum, quod exterius
 præferunt, cedit in utilitatem multorum, qui libet tercos imitantur.
 Quare si charitateri illi amiserant, non sunt ita iriandi, vt etiam fidem
 abijciant; & inobedientiam, quā exhibent Ecclesię veręq; Religioni.

§. III.

AD hanc animi fortitudinem & lumq;ue vehementem obtinen-
 dum, necesse primum est Prædicatorem valde liberum esse à pec-
 cis, quæ velit in alijs reprehendere. Neque etiam feruenter poterit
 culpam reprehendere, quæ ille laborat: facile enim dicit: *ipsi a me dicitur
 curaten sum, & cur cum eodem morbo labores, non affluis tibi medi-*
 camentum

Proverb.
 9.8.
 m Eccl. 8.13.

Serm. 36. de
 Sanctis
 Lib. 1. de
 ciuit. c. 9.

n Amos,
 5.13.

o Matth. 7.
 6. lib. 6. in
 1. Reg. c. 2.

p 1. Regum
 15.30.

I
 a Luc. 4. 23.

b Rom. 2. 1.
c Mat. 7. 3.

lib. 14. Mo-
ral. c. 13

d Ioan. 8. 7.

e Job 24. 25.
lib. 16. mo-
ral. c. 7.

vide apud
S. Gregorij
varia exem-
pla lib. 14.
moral. c.
9. & 10.
12. corin
12. 11.

camentum, quòd alijs in prædicatione tua porrigis: applica igitur tu
prius cauterium, quòd alios inuis. Attende, quòd b *in quo iudicas aliter
te ipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas.* Et c *quid vides festucam
oculo fratri tui: & trabem in oculo tuo non vides?* vitium enim quod in com-
muni plebe est festuca, censetur esse trabs in Prædicatore, & Magistro,
qui magis tenetur bonum præbere exemplum. Et (vt S. Gregorius ait)
ordo erectionis in bono est, vt primum contra nos, postmodum contra
alios erigamur: memores dicti illius Saluatoris ad accusatores mulieræ
adulteræ: d *qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Prius
inquit, reuocantur ad conscientiam; vt prius propria corrigant, & postea
aliena reprehendant. Quare S. Iob amicis suis dixit: quæcunque dixi ve-
ra sunt. e *Quod si non est ita, quis vestrum me potest arguere esse mentitum?* Quæ
sententia (vt explicat S. Greg.) insinuauit: quod quamuis qui mentitur
aut fallitatem aliquam profert, sit reprehensione dignus: qui tamen hu-
iustmodi alijs subiectus est, non est aptus ad aliena reprehendenda, donec
propria exuat, seseque purificet.

2.

Ex hac cordis puritate, magna sanctitate exornata oritur libertas spi-
ritus, ad vitia reprehendenda, etiam quorumcunque Magnatum. Nam
vt ait hic Sanctus Doctor, temporalis amplitudo non est excelsa in ocu-
lis Sanctorum, qui ad culmẽ sanctitatis eleuati, sub se quasi aspiciunt quod
in mundo resplendet. Hinc libertas illa animique magnitudo profecta
est, qua Moyses cum Pharaone loquebatur, eiusque duriciem reprehen-
debat; & simili libertate Nathan Propheta corripuit Dauidem; & Elias
Regem Achab; Elisæus Regem Ioran; S. Paulus Principem Sacerdotum
& S. Stephanus Iudæos. Quamuis autem multæ ex his reprehensionibus
valde essent asperæ, fierentque verbis magnæ autoritatis: non tamẽ pro-
cedebant ab animo superbo, sed à zelo veritatis. Nam iidem humilitatẽ
suam in alijs actionibus ostendebat, vt ipsorum animus agnosceretur, &
inrepatio mitius exciperetur. Superbia enim generat odium; humilitas
autem amorem. Et interdum, ait S. Gregorius, solent ipsi met coram omni-
bus fateri proprias aliquas culpas: vt omnes aduertat leuitatem, qua
seipos reprehendunt. Quamuis ita id moderentur, vt alij vilitatem capi-
ant: nec tamen ipsi autoritatis officij sui iacturam aliquã faciant. Eum
in modum, quo S. Apostolus cum quasdã suas laudes narraffet, adiecit
factus sum insipiens; sed vos me coegistis. Et vniuersim loquendo verbis le-
uerioribus, & cum auctoritate prolatis, inserenda sunt alia mollia, & hu-
milia: vt ita magis constet amor interior, quo reprehendunt; & quod nõ
deponant interiorem cordis dulcedinem, etiam si exterior, asperitatem
ostendant. Nam iusti, inquit, cum se vere corrigunt, interior dulcedinem
gratiam non amittunt. Et eodem modo interior seruare debent reliquos

afte-
dus

affectus amoris, opinionis bonæ, & amicæ confidentiæ erga ipsos reprehensos: ita vt despiciendo non despiciant, & desperando non desperent. nam videntur despiciere ac desperare, vt peccatores terreat: interius tamen non ita se habent: quia optant illis prodesse.

In hoc tamen correptionis modo adhibenda est illa dexteritas, quam superius proposuimus de g. G. scilicet cui Deus dedit intelligentiam in suo cantu. Peccatores enim quasi sepultos, & obstinatos reprehendere debent verbis asperioribus, ac seuerioribus; vt oculos aperiant, suasque miseras & pericula agnoscant; & ex infelici illo statu exire contendant. Hoc modo Isaias Israelitas appellauit h. *Principes Sodomo: um, & populum Gomorraorum;* & S. Ioannes appellauit i. *genimina viperarum;* & S. Stephanus dixit esse k. *dura ceruicis, & semper resistisse spiritui Sancto;* & Apostolus vocabat l. *Galatas insensatos;* & principē Sacerdotū m. *parietem de albatum.* Qui autem nobilioris sunt ingenij, nec in suis sceleribus indurati blandius sunt corrigendi, & verbis vrbanis vt fructus sequatur; in quem correctio dirigitur, sicut fecit Christus D. N. in reprehensionibus, quas misit ad *Episcopos Asiae,* in quibus varia insinuat ad id documenta, vt postea videbimus, Et S. Gregorius addit, quando illi habent aliquid laude dignum, expedire vt illud præmittatur, imitando chyrurgum, qui vlcus emollit priusquam scalpello illud aperiat. Hunc in modum Apostolus extorsus est scribens ad Corinthios primam Epistolam, laudans eos de aliquibus virtutibus ipsorum; & postea aggreditur reprehensiones propter schismata, quæ inter eos erant.

MULTVM etiam refert, vt ipsa reprehensio fulciatur autoritate infallibili ipsiusmet Dei, & verbis ipsiusmet Christi, sententijs Apostolorum, & Sacerdotum Doctorum: vt sit efficacior, & auidius excipiat. Quod ipsemet Saluator aliquoties fecit, dum reprehenderet Phariseos, & suam doctrinam confirmaret autoritate Prophetarum, vt cum dixit: n. *Hypocrita bene prophetauit de vobis Isaias dicens: populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me.* Et Ecclesiastes dixit: o. *verba sapientium sicut stimuli, & quasi clauis in altum defixi, quæ per Magistrorum consilium data sunt à pastore vno.* Propterea enim verba sapientium sæpè sunt quasi stimuli & calcaria, quæ tepidos faciunt currere; non adulantur peccatoribus, sed reprehensione eos pungunt, vt à peccatis mudentur. Nec solum sunt sicut stimuli, qui dum pupugerunt extrahuntur; sed sunt sicut clauis valde accensi in intimum cordis defixi, in quo manet constantes, sollicitant, & nunc timoris nunc amoris puncturis impellunt ad ea, quæ sunt Diuini obsequij omnia tamè hæc verba ita adferri debent, quasi accepta ab vno vero Pastore, qui est Christus, & Deus noster, per Doctores, & Magistros, qui in suis consilijs & concilijs ita decreuerunt & explicarunt. Quæ si hoc modo proferantur, erunt stimuli & clauis magis penetrantes & vtilis.

DENI-

3.

c. 7
g lob. 3. 36h Isai. 10.
i Luc. 11. 7.
k Matt. 23. 7.
l Actuum.
m Galat. 3. 1.
n Act. 23. 3Apocalyp. 2.
o Tract. 7. c. 9
p Equesib.
q

4.

n Matt. 5. 8.
o Eccl. 12. 11
p S. Gregorius
supra.

Homil 9. in
Ezechiel.

Ezechiel. 2.
6.

a Psal. 9.
13.

In quo con-
sistat esse be-
ne patientes

DENIQUE aliam regulam magni momenti tradit S. Gregorius, alligans discrimen inter reprehensores, cum scilicet sunt prelati & viri magne autoritatis; aut cum sunt subditi, & homines inferioris conditionis. Nam in primis ait splendere debere humilem auctoritatem in aperi vero liberam humilitatem. Auctoritas prelatorum adiungere sibi debet humilitatem: ne correptio oriatur a superbia & indignatione; & vice versa numerum ac moderatio zeli: humilitas autem minorum sibi debet adiungere libertatem, ne reprehensio omittatur ob animi pusillanimitatem & timores humanos. Ac propterea Deus Dominus noster, cum Ezechiel mitteret ad predicandum & reprehendenda vitia populi, simul appellavit filium hominum, ut solidius in humilitate fundaretur, agnosceret, quod de se ipso esset imbecillis, & miseris ceterorum hominum sibi etiam suberet tamen etiam non temere, etiam si maneret inter incredulos & subversores, & scorpiones: ut sic animi fortitudinem servaret; & has duas virtutes simul coniungeret: ex quo precipue provenit, ut reprehensio nec reprehendenti, nec reprehenso noceat; sed uterque utilitatem capiat.

CAPVT XIV.

PATIENTIA HABENDA IN OMNI EVENTU adverso & laborioso ministerij docendi & praedicandi.



PRO PERFECTIÖNEM MAGISTRI ET PRAEDICATORIS EVANGELICI obsignat, est PATIENTIA in omnibus rebus adversis & molestis in ipso munere evenientibus. De eo enim speciatim intelligitur, quod dixit David: *iustus ut palma florebit: sicut Cedrus Libani multiplicabitur, & adhuc multiplicabitur in senectute vberi*, producens copiosam animarum fructum, quas, gloriose victoribus de suis hostibus reportatis, Deo lucratur. Et statim subiungit: *& bene patientes erunt: ut annuntient*, hoc est beneficis, quae a Deo accipiunt, erunt apti beneque dispositi ad eius magna praedicanda: & sic erunt *bene patientes* in tolerandis laboribus ipsis praedicationis; aut ut S. Augustinus legit: *Tranquilli erunt, ut annuntient*: tranquillitas enim & pax sunt fructus patientiae. Et quoniam pati est commune bonis & malis; perfectis & imperfectis: patientibus cum culpa, aut sine illa; potestque aliquis pati bene aut male; cum utilitate, aut detrimento: ideo dixit: *bene patientes erunt*, animo scilicet quieto, & conformi voluntati Dei patientur, continentis nimiam tristitiam, quae oritur ex adversis: & evitando externa omnia indicia impatientiae; irae, & vitio.

vitionis contra adferentes molestias, dolorem, aut pudorem, & ignominiam; non conquerentes aut murmurantes de eis; nec præbentes aliquod signum amaritudinis aut rancoris. Adhuc tamen multò amplius eminet id quod dicimus *bene pati*, cum sit animo lubet, & hilari in perpetuendis persecutionibus propter iusticiam. Imo quamuis ipsum pati proveniat ob peccata propria, possunt bene simul esse dolor de ipsa culpa, & gaudium de pœna, quæ propter illam infertur: exhilaratur enim animus ob Dei iusticiam, quæ in tali pœna inferenda respundet. Ex quo fit vt ad *bene patiendum* sit necessariũ rectã adiungere intentionẽ. Nam & hypocrite patiuntur, edentes signa lætitiæ: qui tamẽ non bene patiuntur, quia talia signa edunt non ob Dei gloriam, aut bonum ipsius patientiæ; sed vt ipsi Sancti & patientes habeantur. Hæc patientia maximè est necessaria operariis Evangelicis, quibus dixit ipse Saluator: *bene ego mitto vos sicut oves, & cognos in medio luporum*: quibus pro armis dedit innocentiam, mansuetudinem, & patientiam. Quibus muniti (vt ait S. Chrysostomus) etiam si mordeantur à lupis, non solũ nõ vincuntur, sed potius ipsi euadent victores; & lupos conuertent in agnos: Nam lupi stupentes ad prodigiosam adeo patientiam, studebunt imitari virtutem, quam admirantur. Et ita ait S. Gregorius: qui locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet; sed tolerare, vt ex sua mansuetudine iram læuientium mitiget, & peccatorum vulnera, ipse in alijs afflictionibus vulneratus, sanet.

Ex quo fit, vt huiusmodi *PATIENTIA* locum suppleat miraculorum, ad authoritatẽ Prædicatori conciliandam, & vt idem S. Gregorius ait, illa est miraculis maior: *ego*, inquit, *virtutẽ patientiæ tanti Patris signis & miraculis maiorem credo*. Ac proinde eadem plurimum valet ad confirmandam doctrinam, quæ prædicatur: cum dixerit Salomon: *doctrina viri per patientiam noscitur*. hoc est: tunc doctrina noscitur esse vera, cum eam tradens insigni est *patientia* præditus. Et ideo Apostolus inter signa sui Apostolatus *patientiam* præmisit *prodigijs*, vt supra retulimus. Nam (vt Cassianus ait) admirabilius est hominẽ reprimere & continere sese in motibus iæ; & gaudere in aduersis: quàm sanare morbos corporis: & adducit exemplum cuiusdam Monachi quem Gentiles quidam mille iniurijs Alexandria vexabant: nam ab eis interrogatus, quæ miracula Christus Dominus edidisset propter quæ ipsi credere deberent, eius doctrinam esse veram: respondit: Quæ maiora miracula requiritis, quàm quod videatis me tot iniurijs à vobis æffictum, adeo tamen in eis lætum, & hilarem? ere hoc miraculum tantum est, vt emollire soleat, & corda, instar lapidũ dura, cõmutare. Quis enim cor boni latronis in cruce permutauit, nisi hereticæ Christi Saluatoris in cruce pendentis *patientia*: iudicauit enim hominem adeo ratè & inaudite patientiæ, non posse non esse veracem in ijs

b Matt. 10.
16.
c Luc. 10.3

Homil 34.
in Matth.
Homil 7 in
Euangelia.

2

3 Dialog.
c 2.
d Prou. 19.1

c 2. Corinth.
12. 12.
cap 6.
Collat. 15. c
7. 8 & 9
Colla. c.

quæ de seipso diceret. Cumque ille dixisset, se esse filium Dei, & regem Israel: id sine dubio verum esse. In historijs Iaponensibus scribitur, quod cum homines societatis Iesu diu in quadam ciuitate essent concionati absque fructu, euenit quodam die, vt vnus ex nostris frater in foro concionaretur, & quidam Gentilis in contemptum expueret in eius faciem. Et frater ille cum magna patientia sputum ex facie purgaret, in sua concione progredieretur, nullo indicio iræ aut impatientiæ edito: eo facto tantum attulit viro cuidam Iaponi graui & honorato, qui tunc aderat, stuporem vt iudicauerit non posse non esse cœlestem doctrinam, quæ tam insigni patientia prædicabatur. & inde occasionem accepit, vt intrauoluerit in rebus fidei, & ita fuit conuersus: per cuius conuersionem aperta fuit porta ad aliorum multorum gentilium conuersionem.

Ex quo etiam apparet *PATIENTIAM* in iniurijs esse medium aptum ad animas conuertendas, quod expendit S. Gregorius exponens sententiam illam Sancti Iob: *numquid potest aliquis gustare, quod gustatum ad mortem. Durum, inquit, est appetere quod cruciat, sequi quod vitam fugat: sed plerumque iustus ad culmen se virtutis culmen extendit, vt apud se interueniat nis arca præsideat, & quorundam forsultitiam tolerando conuertat. Nam quæ ad fortia trahere nitimur: eorum necesse est, vt, in firma toleremus: quia nec centem erigit, nisi qui status sui rectitudinem per compassionem sedit, vt manum ei porrigat. Quare necesse est Prædicatorem aliquid de suo iure cedere, & illatam sibi iniuriam tollerare. Hac enim compassione & patientia iniuriantem curabit, & culpæ huius vulnus restituet sanitati.*

*AD HÆC patientia est ornamentum omnium actuum Prædicatoris, quibus modum quendam efficacitatis impertit, quæ illi efficiuntur virtutes. Propterea enim Apostolus dixit discipulo suo Timotheo: prædica verbum, in sta opportune, importune argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. hoc est, in prædicatione verbi ita omnem patientiam serua, vt nihil eius perfectioni desit; prædica illud cum instantia & feruore; sed simul cum omni patientia: ne videatur ira, aut furor; prædica omni tempore ad id aptam si peccatoribus extra tempus videatur; sed adhibe etiam patientiam ne illis displiceas, & illud audite negligant; argue errores, exhortare ad virtutes, vitia increpa, sed omnia cum patientia: ne per impatientiam bonum impediās, quod verbi prædicatione intendis. Prædicator enim, & Magister merito debet esse perfectus; siquidem profiteretur perfectionem. Quod si patientiam amittat, manifesta præbet indicia, quod sit procul a perfectione, quam docet; poteritque illi dici, quod dixit quidam amicus Iob: *h vis est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum.* In quæ verba ait S. Gregorius, quod timor Dei generet fortitudinem, quæ maxime apparet in aduersis cum patientia tolerandis; & pati-*

f Iob. 6. 6.
l. 7. Moral.
c. 4.

4

g 2. Timoth.
4. 2.

h Iob. 4. 6.
lib. 5. Moral.
c. 1. 3.

entiam

entiam esse vltimum gradum perfectionis. Nam ille, inquit, perfectus est, qui erga imperfecti onem proximi impatiens non est: nam qui alienam imperfecti onem ferre non valens, patientiam deserit: ipse sibi restis est, quod perfecte nondum profecit. Ac proinde Prædicator impatiens se ipsū afficit dedecore, & iniuria; & indignum se reddit officio quod gerit; & vita officio suo indigna efficit doctrinam suam minus vtilem.

DENIQUE cum docendi & prædicandi officium aded sit difficultatibus & laboribus refertum, & ex eo oriantur occasiones magnarum contra dictionum: necesse est eum bene munitum esse **PATI ENTIA**, qui vtiliter illud vult obire. Si enim desit patientia, aut officium deseretur, ne tanta toleter; aut fiet absque fructu, & minus recte, vt labor euitetur.

S. I.

OPERAE **PRECIVM** tamen erit particularia etiã insinuare, quæ sūt in hoc officio toleranda. *Primum est*, vani hominum rumores, & errantia iudicia circa ipsum Prædicatorem, eiusque Concionam, ac doctrinam: quamvis enim exacta illa sit & præstans non deerit qui male fenoat & loquatur de eo. Nã quis excellentior Prædicator ipso Christo Domino nostro? quæ tamẽ aliqui laudabant dicentes: *a nunquam si locutus est homo, si: ut hic homo.* cum tanto scilicet spiritu & prudentia. Alij tamen dicebant: *b Daemonium habet, & insanit: quid eum auditu?* Imò eius noti voluerunt tenere eum, cum scilicet nõ abstineret à prædicatione feruentiori. Dicebant enim: *c quoniam insurrexerit versus est, & quasi stultus factus:* & cum S. Paulus sermonem haberet coram Rege Agrippã & Festo Præside, tanto feruore, loquebatur vt Festus magna voce ei dixerit: *d Insanis Paulè, multæ te littere ad insaniam conuertunt.* & iterum Athenienses eundẽ appellantes *seminiuerbum.* hoc est hominem garrulum, & quasi nihil aliud habentem quã verba. Et reliquos Apostolos, cum Dei magnalia prædicarent ipsodie Pentecostes, Hebræi dicebant esse *f musto plenos*, hoc est ebrios musto: quæ ebrietas vehementior est quã quæ oritur ex vino. In his tamen iniurijs, & opprobrijs neque Christus Dominus noster, neque eius Apostoli patientiam & mansuetudinẽ amiserunt: sed summa cum mansuetudine & suauitate responderunt sincere veritatẽ: apparet in responsione sancti Pauli, cum summa reuerentia dixit inferenti ipsi iniuriam *gnon insano, optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba loquor.*

PERSVADEAT itaque sibi Prædicator. quod licet ipse sit alter Paulus suoq; munere exame fungatur; etiã si ab aliquibus laudetur: permittet Dominus noster, vt vituperetur, & irrideatur ab alijs: vt si ex laudibus euauerit, ex irrisione humilietur, & probetur eius patientia. Quam in huiusmodi casibus semper debet ostendere, non reddendo malum pro malo, nec malè loquẽdo de vituperantibus ipsius Conciones, sed potius

a Iohn 7. 46
b Iohn. 10.
10.

c Marci 3.
21.

d Actuum
26. 24.
c c. 17. 18.

f c 213.

g c. 26. 25.

cum eis amice agendo, & reddendo sui ac doctrinę suę rationem cū pace & tranquillitate: vt sic exempla imiteretur Saluatoris & Apostolorum eius; & felicem se existimet, dum aliquid patietur, sicut illi.

HAEC patiendi occasio augetur multum cū Prædicator, vt officio suo satisfaciatur, vitia publica reprehendit, ex quo fit, vt qui reprehenduntur, excitent contra ipsum persecutiones verbis & rebus, vt eius imminuant opinionem: ad quod patienter ferendum non exigua requiritur virtus. Nam (vt dixit Ecclesiastes): *h calumnia concubat sapientem, & perdet vobis cordū illius* & David Deo D.N. dicebat: *redime me a calumnijs hominum, vt custodiam mandata tua.* Nam (vt ait S. Ambrosius) qui opprimuntur calumnijs, difficilē potest illa custodire. Et quamuis expedit in huiusmodi calumnijs rationem sui reddere, præcipuē cum agitur de doctrina, vt remoueat scandalum, quod ex tali calumnia procedit, vt monet S. Gregorius: nunquam tamen amittere debet patientiam, & contentiam in Deum, quod ex tali calumnia, & murmuratione contra ipsum maius educet pro ipsius anima & reliquorum, qui ex ipsius patientia & doctrina fructum haurient. Quare nunquam ob timorem huiusmodi calumniatorū desistere debet ab officio suo: id enim esset commodo & vtilitate bonos defraudare, ne ipse parua aliqua molestia ab improbis efficiatur. Nam (vt S. Augustinus dixit) *si formidaret Paulus iridentes: non perueniret ad credentes.* hoc est: si non tolerasset auditores, qui cū ipse concionaretur, cum iridebant: etiam non fuisset locutus cum ijs, qui crediderunt. Nam si Euangelij seminator timeret semen suum iacere, eo quod aliqua eius pars *ecaderet secus viā, alia supra petra, & alia inter spinas:* nunquam semē posset etiam ad terram optimā peruenire, vt itaq; aliqua pars in terram bonam perueniat, non est prætermittenda seminatio propterea quod timeatur aliqua pars peruentura ad malam terram, quę proferat spinas, molestias ac tribulationes in ipsū seminātē: potius id consolationi esse debet: quod multiplicetur eius meritum bene faciendo aliquibus; & malum detrimentum quę accipiendū ab alijs: quia Dominus remunerabit eius labores præmio, patientiæ promissio illā sententiā *beatū qui persecutionē patitur propter iustitiam: quoniam ipse regnum caelorum.*

HINC oritur tertia patiendi occasio, non exigua: cū concionatur multum & fideliter laborans, exiguum colligit fructum: quamuis enim aliquando possit ipse id suis peccatis aut negligentia tribuere: aliquando tamen agnoscere potest se non esse negligentem, sed pro viribus facere quantum potest; & nihilominus, nihil proficere audientes: quod non potest non affligere habentem zelum Dei, & salutis animarum. Tales erant antiquorū Prophetarū querelę, cū prædicantes populo nō facerēt fructū suis concionibus. Isaias enim dixit: *m Domine quis credidit auribus nostris?*

h Eccles 7 8
i Psal. 118.
134.
l ibidem.

Lib. 8. Epist
c. 4. S.
Basilii.
orat. de in-
uidia.

Tractat. de
Stoicis &
Epicuris.
c. 2 Tomo 6
k Matt. 13. 4
Luc. 8. 4.

l Matt. 5. 10

m Isai. 5. 1.

& brachium Domini cui reuelatum est? Et Michæas lamentabatur dicens: nra mibi: quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemia: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt fructus de terra, & rectus in hominibus non est. Quamuis autem fructus interdum fiat, quem Concionator nõ aduertit, vt supra dicebamus, vt cum Elias existimabar o se solum relictum esse ex Prophetis Domini: cum tamen reliquisset sibi Dominus septem millia virorum sibi fideliter seruientium: interdum tamen reuera non est talis fructus, ob duriciem audientium, verbo Dei resistentium. Et tunc non est deserenda patientia, neq; cessandum à seminando: etsi enim tres partes sementis pereant: colligitur tamen quarta; quasi non statim potietur, cum patientia tamen fruetur ea: propterea enim Saluator noster dixit p fructum afferunt in patientia, expectando scilicet vno & altero, & pluribus diebus, non cedendo labori. De quodam Sancto nomine Abraham scribitur, quod cum commendata illi esset conuersio gentium valde pertinacium cuiusdam pagi, eò se contulerit, & extra pagum pulchrum templum edificauerit, in quo sacrum Missæ faceret, & alias orationes funderet: idola verò illorum ad terram proiecit, & confregit: ex quo irati gentiles, baculis eum crudeliter percusserunt; & trahentes procul à pago, seminiuum reliquerunt. Ipse verò rediēs ad se ferebat inuicta patientia has, & alias iniurias & cruciatus, quos frequenter accipiebat, spatio triū annorū: nec destitit illis prædicare, & beneuolè amantem q; cum illis agere. In quo munere tam diu persistit, donec illos sibi subijceret; & omnes conuertentur ad fidē, admirantes ac suspicientes tantā patientiam ac perseuerantiam; multoq; plus ipsum postea amantes, quam prius odio habuissent.

Sed est ita eueniret, vt Prædicatore faciente quicquid posset, fructus tamē nullus sequeretur: non propterea patientia est abijcienda, cum nec ipse meritum suum, nec Deus gloriam suam amittat; nec desinat eius labor Deo esse gratus. Admiratione dignum est ad hoc propositum, colloquium quod refert Isaias Propheta inter Christum Dominum Nostrum cum æterno suo Patre, cum ipsum tanquam sagittam electam misit in mundū, dicens ei: seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabar. Cui Saluator respondit: q vacuum laboraui, & sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi. Sacerdotes enim & Pharisei semper mihi contradixerunt, nec doctrinam meam receperunt: quomodo ergo verum est, quod ego seruus tuus sum, & in me glorificeris? sed mox addit: ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo, quasi dixerit: etiamsi labor meus ad eò parum fuerit utilis: ne propterea extimetis me non fuisse à Deo missum; aut Deum non glorificandum in me: omni enim dubio procul rotum studium, tota prædicatio, & opus meum est cum Deo ac de Deo; cum cuius auxilio ego operor; & ille in me & mecum operatur, quicquid ego facio.

n Micha. 2. 1

17afl. 3. 6.

4.

o 3 Reg 9

10. 18. Rom

11. 2.

p Luc. 8. 11.

Surim. 16.

Mar. 9.

q Isai. 49. 7

Aequum fuisset, vt me omnes audiissent, meamque doctrinam suscepissent: sed quia non fecerunt: ego fructum mei laboris committo occultis Diuinæ prouidentiae iudicijs. vt autē intelligeretur non propterea mitti, aut imminui gloriam Dei, addit: hæc dicit Dominus: *ex viro formans me seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, Israel tamen non congregabo: & nihilominus glorificatus sū in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.* cui omnis labor meus innitebatur. Hæc omnia verba dicit idem Dominus, etiam in persona suorum ministrorum, vt intelligant: bene posse simul accidere, vt & ipsi officio suo bene fungantur; & modicum fructū colligant. Quamuis autem tunc labor videatur inanis, non tamē est absq; magna Dei gloria, eiusq; Ministris; neq; sine ipsius Dei auxilio. Quamuis occultis sui iudicijs permittat, audientes esse rebelles: nec propterea ipsi Ministri patientiam amittere, aut ab officio suo desistere debent, donec vitam in eo studio & conatu finiant.

SEP in hoc ipso casu occurrit alia patientiæ occasio magni doloris: quādo scilicet Prædicator magno suo labore aliquē in animabus fecit fructum & propter aliquam exurgentem tempestatem, totus ille perit ita, vt deficient in virtute, qui per ipsum aliquid in ea profecerant: quemadmodum euenit ipsi nostro Redemptori tempore passionis ipsius, cum omnes qui ipsum propter ipsius prædicationem secuti fuerant, eum deseruerunt ac retrocesserunt. Ac propterea dixit: *in vacuum labor sui.* Hoc ipsum valde anxium reddebat Apostolum postquam Gahlathas conuersisset: auertisset verò eos rediisse ad vomitum: nec tamen propterea patientiam & confidentiam abiecit, sed proluxa quadam Epistola de eis ad reuertendam reuocandis cum illis egit. Et inter alia hæc eis dicit: *Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis, filioli mei, quos iterum parturio, donec fornicetur Christus in vobis; velle enim esse apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis,* aduertens vos deseruisse doctrinam meam: non quod mea sit, sed quod sit vera, in qua vestrum consistit remedium. Hoc Apostolus dicebat, ostendens necessitatem, qua Euangelici operari patientia opus habent ad tolerandam mutationem filiorum spiritualium, quos in Christo genuerunt: sumendos in ipsis animam ad reparandum damnum illorum, nouo adhibito labore. Si enim Dæmon non desinat peruerendis iustis, nec Deus deficit expectans peccatores: cuiusmodi sustinens mutationes: cur eius Ministri defatigentur, aut impatientes se in eis ostendant.

ALIA patientiæ occasio est, tarditas & mora aliquorum in dando locoratiōi, & veritati, quæ illis prædicatur. Quod affligere solet operarios valde feruentes, & festinantes: qui tamen non debent propterea longanimitatem & patientiam suam deferre. *f. Agri ola* (inquit Sanctus Iacobus)

versu. 4.

Galat. 4.
11. 19.

S. Iacobus
5. 6.

expilat

expectat preciosum fructum terra, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum. Ergo similiter Prædicatores magna patientia expectare debent fructum suorum laborum; siue temporaneum ex ijs qui statim seip[s]is dedunt; & eorum consilijs acquiescunt, siue serotinum, eorum, qui valde tardè se movent, ac difficilè se omnino subdunt: memores eius quod diximus in parabola ficulneæ boni illius agricolæ, qui etsi per tres annos eam coluisset, nec illa fructum aliquem reddidisset: egit nihilominus cum Domino suo, vt adhuc vnum annum expectaret, nec absunderet, ostendens se adhuc habere animum laborandi in eius cultura: si forte reliquo tempore fructum aliquem proferret.

§. II.

TRANSEAMVS nũc ad res alias minutiores, quæ Prædicatorum patientiam exercent, præcipue cum illi minus sunt perfecti, & aliquè retinent hominum odorem. Quis enim horum est, qui non libèter habeat Conciones suas multum frequentari, & amplum habere auditorium? quod enim magis gaudent magna auditorum frequentia: eò magis tristantur, cum parua est; & abijciunt animum loquendi, quando sunt auditores pauci. Et cum magnæ sint in hoc mutationes: corda illorum eis subiacent. In sua enim concione non quarunt solum Deum, & sanctissimam eius voluntatem: quæ huiusmodi mutationibus caret. Studeat itaque spiritualis Prædicator, his omnibus esse superior: & eodem animo & spiritu concionetur paucis, & multis, aut certe patienter ferat contemptum, quem apprehendit ex eo, quod pauci ipsius concionem frequentè vt ex hoc saltem ipse proficiat. Quod si in ipsa cathedra aliquod impatientie aut querelarum indicium daret, ob exiguam frequentiam auditorum, ex eo iam fructum amitteret, quem saltem in parua frequentia efficeret possit; ob malum exemplum, quod præbet in ambitione honoris quam insinuat; quamuis studeat illam tegere pallio honoris, qui Deo accedit ex eius verbo frequenter audito.

SED quid dicemus, quando in ipso auditorio aliquis oritur strepitus aut aliquid accidit, quod ipsum offèdat, aut turbet? non enim id euenit casu in ordine ad prouidentiam Diuinam; quamuis eius auctor esset Dæmon, qui suas adhibet artes, ad prædicatorem & auditorium ipsum turbandum: vt concionis fructum impediatur. Soletq; hic esse quasi Lydius lapis, vt Prædicator mansuetudinem, & patientiam suam ostendat. Si enim impatientem se exhibeat: iam hostis de ipso triũphat, & quodammodo voti sui sit compos: si autem sustineat, taceatq;: Deus prospiciet de aliquo qui damnum reparet; & ipse concionator retinet opinionem patientis; & bono suo exemplo ædificat auditores.

EANDEMPATIENTIAM habere debet cum aliquos auditores videt dormientes

mientes: id enim graue & molestum esse solet: eò quòd signum sit quòd parui faciant, aut non delectentur audienda eius doctrina: nullus enim dormit, audiens quod ipsum delectat: quamuis vere sit potius inbecillitas, ac tepiditas auditorum; & tentatio dæmonis, ad fructum concionis impediendum. Quod insinuauit S. ille Abbas Machetes, de qua refert Cassianus, quod videns Monachos in exhortationibus, & contentijs spiritualibus dormitantes, cœperit referre quandam fabulam, de confestim illi euigilarint. Ex quo Sanctus vir occasionem accepit eorum monēdi, quod somni illius author esse: Dæmō: ne viles exhortationes intelligerēt, quos tam facile excitabat ad otiosas fabulas audiendas. Neque id insuetum est, vt aliqui dormitent etiam cum Prædicator est valde feruens: siquidem etiam ipso Apostolo prædicante, cum sermo protraheretur, a *sedens quidam adolescens super fenestram, cum mergeretur somno graui, cecidit deorsum; & sublatus est mortuus*, quod machinatus est Dæmon (vt aduertit S. Chrysostomus) ad turbandum auditores, & sermonis fructum impediendum, arrepta occasione ex torpore, & somnolentia illius adolescentis: quamuis statim Apostolus eum resuscitauit, & turbatio illa cessit in maiorem audientium vtilitatem: nam petrauit Apostolus in sua concione vsque ad lucem.

NON tamen expedit, vt ex hac Apostolice concione, quæ adeò fuit prolixia ob varias & iustas causas, accipiant Prædicatores occasionem, conciones suas nimium protrahendi; sic tentantes patientiā & vigiliam auditorum; & occasionem præbentes tædij, ac somnolentiæ cum tanta prolixitate. Nam & sibi ipsis nocent, cum sic se faciant graues & importunos; & sic voluntatē auferāt audientibus ad ipsos audiendos redeundi; & quicquid moderata parte concionis fructus fecerant, nimia prolixitate amittunt. que nammodum qui, quantum satis est comedit, essetq; illi vtilitatem; si comedendo pergat, solet totum eijcere, & remanet cum inappetentia & horrore ad iterum comedendum.

ETIAM indiget Prædicator patientiā ad seipsum ferendum, variasque dispositiones, quas experitur in seipso desiderio suo contrarias. Cum enim quicquid in officio suo præcipuum est, de cælo descendat: vtilitatis quale opus est: aliquando in vno quasi momento omnia, quæ dicenda sunt, inuenit in promptu, & quasi ad manum, iuxta ipsius desiderium: aliquando autem non attingit, neque affertur, quomodo suam disponat concionem; neque occurrunt ipsi, quæ edendi sunt; aut si occurrunt, non tamen potest ea ordinare. Et si hæc omnia iam fecit: tempore tamen habendæ concionis inuenit se valde frigidum, & aridum, & ipsa verba quasi ei in ore concresecunt; & lingua adhærescit palato; vt videatur non posse loqui cum eo spiritu, & feruore, & expedite, vt alias solebat. Tunc

inquam

Lib. 5. instit
c. 31a. A. A. u. u.
209.

ibidem

inquam opus illi est magna paciētia, vt seipsum toleret. Si enim tunc paciētia deficeret, damnum duplicaretur, & redderetur ineptior. Sed oportet vt paciētiæ subueniat soror eius humilitas: vt agnoscat nihilum, quod ex seipso habet: vt sic recurrat ad reparatorem omnium dei. Et vti ac miseriarum, vt & hanc reparet ipsiq; subueniat.

DENIQVE cum Prædicatoribus Apostolicis loquitur insignis illa exhortatio Apostoli dicentis: *b In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei Ministros in multa paciētia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: vt seductores, & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti.* Hæc omnia dixit Apostolus: vt Euangelij Ministri intelligant quod debeant ministeria sua magna paciētia tunc ac munire, seque offerre ad ferendum omne genus laborum corporis, & animæ in materia honoris, fortunarum, solarij, deliciarum, sanitatis, & ipsius vitæ: abnegando propriam voluntatem omnesque communitates: vt obediant Deo, suumque munus perfectè obeant in quocunque loco, ab eo sibi designato, frangendo ac penetrando quodcunque periculum, ac difficultatem occurrentem. Alias paciētia deficiente, ipsa etiam deficiet obedientia, & perfectio ipsius ministerij: aut omnino illud euanesceat.

III. Prædicta confirmantur exemplo Ionæ.

QVAE dicta sunt, confirmari ac declarari possunt exemplo insignis illius Prædicatoris, & Prophetæ Ionæ: qui aliquē defectum ostendit in obedientia, humilitate & paciētia: Deo id permittente ad cautelam aliorum. Iussit enim eum a ire in Niniuen Ciuitatem ad prædicandum: eo quod ingens esset eius iniquitas. Ipse tamen loco obedientiæ accepit fugam à Deo ascendens nauem quandam, vt aliò se conferret. Quod si causam huius inobediētiæ quæramus, inueniemus (vt ait S. Hieronymus) eam fuisse, quod Niniue esset terra gētilium: ipse autē volebat suis Hebræis prædicare, quemadmodum faciebant cæteri Prophetæ; & fortè timebat perfectiones & pericula, quæ putabat sibi imminere ingrediēti ciuitatē ad eā peruersam, & cum minis eius subuersionis. Timebat quoque: si Niniue conuerteretur, fore deserendam nationem suam Hebræam: spiritu enim prophético nouerat, quod cum Gentes conuerterentur, deserendi essent Hebræi à Deo; ideoque reculabat esse instrumentum huius conuersionis, ne simul esset desertionis suorum. Sed præcipua tamen causa fuit, quam facer textus insinuat: quia timuit ignominiam, & amittere suum honorem, si ingressus in ciuitatem dece-

b. Corinth
6. 4.

a Ionæ 1. 2.
ibidem

Idem ait S.
Greg. lib. 6.
Moral. c. 13.
v. 10. Ribet.
ibid.

b Iona. 3.4.
& c. 4.1.

c c. 2. 11.

d c. 3. 5.

e c. 4. 1.

ibidem.

ret: b *adhuc quadraginta dies, & Niniue subuerteretur.* si postea id non eueniret retractante Deo sententiam propter pœnitentiam habitantium in ciuitate. Ne igitur deceptor haberetur, & Propheta falsus: noluit obedire, vt iret ad prædicandum in loco, ad quem Deus illum mittebat. Sed eum inobedientia fuit etiam ipsius carnifex: nam nolens pati, quod timebat, incidit in grauiora mala, quæ non præuiderat. Mare enim & venti insurrexerunt contra eum, conâtes submergere nauim, in qua uehebatur: donec fuit proiectus in mare, in quo piscis grandis eum deglutiuit, in cuius ventre angustias passus est mortis. Et re ipsa mortuus fuisset, nisi oratio & pœnitentia eius veniam impetrauissent; & vt *c piscis ille eum euomeret in mare.* Et tunc secundò iussit Deus ire in eandem Niniuen ciuitatem, quæ cautior effectus ex priori euentu, impleuit planè suam obedientiam, prædicans cum tanto feruore spiritûs, vt omnes facerent pœnitentiam à diuino usque ad maiorem, & usque ad ipsum Regem, & Principes eius. vt autem appareat quàm sit detestanda superbia, & furiosus honoris appetitus, & quàm sibi inuicem contrarios affectus efficiat in hominibus, ob diuersitates eorum cogitationes & persuasiones. Felix hic exitus, qui alios Prædicatores honoris cupidos exhilarasset, videntes ex prædicatione sua opus adeò gloriosum prouenire, non solum Ionam non exhilarauit, sed & afflictus est Iona afflictione magna, & ita iratus est, vt peteret à Deo mortem, præterens eam vitam absque honore, vt ipse iudicabat: putabat enim se habendum quasi impostorem. videns enim totam ciuitatem ad pœnitentiam cõuersam, cognouit Deum utpote adeò misericordem, sine dubio reuocaturum sententiam subuersionis Niniue. Et hac ira permotus secessit ad remotum quendam à ciuitate locum, ubi iacuit sub umbra hederæ, expectans quid ciuitati eueniret. Sed & ibi inuasit eum impatiencia: nam arefacta hederæ, & sole ipsum adurente, iterum optauit mortem, dicens: se potius velle mori, quam in tanta afflictione viuere. Et quamuis id totum ipsa obtegeret pallio gloriæ Dei, in cuius honorem cederet, quod etiam Propheta & Prædicator verax haberetur: decipiebatur tamen (vt ait Theophylactus & Theodoretus) sed quod non collocaret gloriam Dei, in quo oportebat, sed in quo ipse apprehendebat, tanquam rem magis honorificam; quærens reuera potius honorem proprium, quàm Diuinum: Diuinus enim in eo consistit, vt Prædicator obediat Deo, in eo quod ille iubet; suamque pacem & honorem reponat in eo, quod libenter amplectatur euentum, quem Deus voluerit; præcipue cum ille est cum lucro animarum; etiamsi illud eueniret cum aliqua proprii honoris & opinionis iactura: optando, Deum ostendere se potius misericordem, quam deuerum iudicem in homines; & potius intercedendo, vt eis ignoscat; quàm vt puniat. Et eo quidem amplius, quod Ionæ cogitatio & apprehensio

esse

esset falsa: cogitabat enim ipse se à Ninivitis habendum impostorem ac deceptorem: nam ad eò seriuò conuersi ad Deum, agnouerunt eum ipsis ob penitentiam pepercisse; & potius honore erant affecturi Prædicatorem, per quem tanta felicitas ipsis aduenisset. Quare dum ipse Ionas exit ex ciuitate ob timorem amittendi honorem, potius ignarus euentus fugit ipsum honorem, & in maiorem incidit ignominiam. Ex quo efficitur, quòd tota pax, honor, ac tranquillitas Ministrorum Euangelij consistant in sequendis Dei consilijs; & se ipsos exponendo ad tolerandum quicquid ipse Deus voluerit. Si enim Dei consilia ac directiones deserant, in maiores incident miseria, quas ipsa, inobedientia & impatientia duplicabit, & ita augebit, vt omni dubio procul passi fuissent multò minor incommoda; si viam obedientiæ tenuissent.

ETIAM in hoc exemplo videre possunt Prædicatores, quod si quando tanquam homines aberrent, & ab eo quod Deus vult recedant: non debeant animum abijcere, quia vera penitentia potest omnia reparare, & redeuntibus ad suum ministerium dabit Deus prosperum euentum. Et quare ad eò fuit felix & fortunatus Ionas cum sua prædicatione in ciuitate ad eò contumaci ac detestanda? Licet certe dicere, id euenisse propterea quòd ingressus esset humilis & contritus, Deiq; ordinationi omnino subiectus & conformis: cuius gratia per tales Ministros egregia ad eò efficit opera. Nemo tamen tutum se existimet post huiusmodi euentus: cum videat Ionam tam cito oblitum primi sui feruoris, vt cum tædio quodam vitæ mortem sibi optaret ac peteret; nulla enim in hac vita est securitas, nisi in eo pax reponatur: vt nec ad punctum à Dei voluntate discedatur. Qui ad eò est misericors, vt sui Ministri, etiamsi imperfecti, commiserentur. nam & hic humanis & blandis rationibus Ionæ curauit impatientiam, dicens ei: *f si tu doles super hederam in qua laborasti, neque fecisse vt cresceret: ego non parcam Ninive Ciuitati magni, in qua sunt plus quam centum viginti millia hominum innocentum?* Compatiaris & tu proximis tuis; & benè collocatum reputabis quem cunque laborem tuum, & ignominiam, vt remedium illis, possis adferre. His curatus est Propheta, & impleuit sui nominis significationem, quod significat columbam: induit enim spiritum quandam mitem, humilem, gratum ac purum: qualem solet Spiritus Sanctus suis Prædicatoribus communicare. Qui quamuis, vt homines, aliquas habeant imperfectiones: possunt hoc exéplo Ionæ seipos consolari: seruiunt enim Domino cuidam adeo pio, vt eorum misertus, ex ipsorum malis educat bona; ex erroribus, quæ recta sunt, reddens eos magis humiles, attentos, aptosque ac dextros in obeundis suis Ministerijs, vt magis prosint proximis, ad gloriam ipsius mer Dei in æterna secula, Amen.

f. Iona.
4. 11.

CAPVT XV.

ALIQUAE PERFECTONIS REGVLE QVAS CHR-
 ISTVS D. N. Apostolis ac discipulis suis tradidit; cum eos
 misit ad prædicandum diuersis gentibus;
 & quanti hæc sint
 momenti.



MAXIM VIRTVTVM, DE QVIBVS HACTENVS
 egimus, cum varijs Regulis magnæque Perfectonis do-
 cumentis, docuit Christus D. N. bis Semel suos Aposto-
 los; & iterum septuaginta duos Discipulos cum eos mi-
 sit ad prædicandum in diuersis locis Iudææ & Galilææ, si-
 mul docens reliquos eorum in hoc ministerio Succellor-
 res formam & rationem, quam ad rectè & vtiliter illud
 exequendum seruare deberent. Et in primis significauit illis, voluntatis
 suæ non esse, vt in vno semper loco hæerent, etiam valde amplò; sed, vt
 excurrerent ad varias ciuitates & oppida magna & parua, ad pagos & ca-
 stella, ac priuatas domos; sicut ipsemet faciebat. de eo enim dicunt Evan-
 gelistæ: a circuibat Iesus omnes ciuitates & castella; b & circuibat castella in
 circuitu docens. Volebat enim omnes docere, suæq; doctrinæ particeps facere,
 nõ solum nobiles & doctos, qui ciuitates incolere solent, sed etiam pa-
 ganos & pauperes operarios, habitantes in pagis, villis, prædijs: qui & do-
 ctinã magis indigent, & pauciores inueniuntur, qui ad eos instruendos
 sese applicent. Ac propterea c septuaginta duos discipulos misit in omnem ci-
 uitatem & locum, quo erat ipse venturus: vt plebem disponere inciperent, ali-
 quam eis dantes notitiam doctrinæ, quam ipsemet Dominus docturus,
 & prædicaturus erat. Quia (vt S. Gregorius ait) Prædicatorum munus
 est, disponere corda audientium, vt Christus Dominus noster ad eos ve-
 niat: vt per fidem & gratiam in eis habitet. Cùm autem in quocumque lo-
 co etiam minimo Deus habeat aliquas animas, ad quas venire cupit, &
 in eis manere: ita etiam vult suos Prædicatores venire ad omnia loca, vt
 ipse ad habitantes in eis venire possit. Et qui cœlesti lumine hoc agnos-
 cunt: cum magna animi voluptate in id incumbunt, dicentes cùm sponte
 sa: d veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, docentes &
 prædicantes regnum Dei eos, qui ibi habitant. Qui in ciuitatibus manent
 sæpè habent plus doctrinæ, quàm opus habent: æquum itaque est etiam
 excurrere

a Matt 9.35
 Luc 13.22
 b Marc 6.6

c Luc. 10.1

Homil. 17.
 in
 Euangelis.

b Cant. 2.11

excurrere ad angulos, quorum mundus memoriam nō habet: in quibus maior est defectus doctrinæ, quam tamen illi esuriunt: quod si eam non appetant, eō sunt miserabiliores: ac propterea expedit adferre illis alimenta, ne pereant. Et quōd illi minus quarunt salutem suam, eō magis Deo Ministris debent eos querere, eamque illis offerre: vt impleatur quod scriptum est: *e inuentus sum à non querentibus me; palam apparui illis, qui me non interrogabant.* Huic Saluatoris nostri voluntati innititur Ministerium Societatis Iesu, quod vocamus, ire ad Missionis per varia loca, concionantes & Confessiones excipientes, & alia exercentes ministeria nostra, pro ut ibi licet erga proximos: & tunc fit ingens fructus ob specialem Saluatoris nostri erga suos operarios assistentiam. Ita vt ipsi merobstupefiant, videntes adeo felices exitus; & admirantes dicunt, quod septuaginta duo Discipuli Christo dicebant: *Domine, etiam Demones subijciuntur nobis in nomine tuo.* Virtute enim Christi expellunt Demones ex animabus in quibus valde permanenter habitabant. Nam qui erant quasi Demones ob superbiam, aut iram, aut inuidiam, admittunt illorum prædicationem, & mutant vitæ rationem. Quod ipsemet Saluator confirmat sua responsione, dicens: *videbam sathanam sicut fulgur de celo cadentem.* Hoc est, cum vos prædicando, & alia ministeria obeundo occuparemini: ego aspicebam quomodo Sathan ex celsitudine & potestate, quam habebat in animabus, cadebat tanta vi, quanta fulgur descendit de celo: ego enim per vos illum pellebam, & eijciebam. Imò idem euenit in nostris ciuitatibus & oppidis, in quibus Sathan quasi in throno suo sedebat, omnesque habitantes possidebat, eō quod innumeris vitijs ac peccatis essent submersi. Christus autem Dominus noster illum ex throno eius deiecit per suos discipulos, & Ministros, qui in his Missionibus versantur. Et interdum tanquam instrumentum accipit aliquos mediocri tantum eruditionis, & industriæ; quibus tantam confert autoritatem, vt etiam personæ, magni aliàs momenti, & potentiæ sese ipsis dedant, & subijciant: vt in eis impleatur Prophetia & promissio Isaiæ dicentis: *Hæc dicit Dominus Redemptor Israel, & sanctus, eum ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum Dominorum: Reges videbunt & consurgent Principes, & adorabunt propter Dominum: quia fidelis est, & sanctum Israel, qui eligit te.* hoc est Deus animam apud homines contemptibilem, & populum abiectum erigit, dicens: ne diffidas, nec animum abijcias, quod te videas abiectum: nec verearis mundi potentiam: ego enim per te efficiam, vt Reges & Principes videant, & credant quod tu prædicas; & subijciant sese, ad orientemque Dominum, qui fidelis est in suis promissis adimplendis; te que elegit, vt operatū ad ingens & egregium hoc facinus vtatur.

c Rom. 10.
10.

Isaia 65.
P 7 Consti.
c 1. c. 7.
in Tr. d. 7.
c. 9 punctur
qua. Sententia S.
Gre. Naz.
ad hoc propositum.
Luc 10 17.

Italanfensi
citans
Theophylact.

g Isai 49. 7.

S. I.

VIDEAMVS nunc consilia Dei circa has Missiones. Nam in primis assignauit illis loca, ad quæ essent ituri; & quidem præscriptis terminis ac limitibus, dicens eis: *in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Summa enim sapientia voluit Saluator labores ac difficultates prædicationis accommodare facultatibus & viribus suorum operatorum. Cumque Gentilium & Samaritanorum conuersio esset ex se magis ardua & plena maioribus difficultatibus; ipsi autem Apostoli tunc essent adhuc in virtute teneri, ac in ipsius schola ac doctrina quasi Tyrones: noluit itaque in principio eos occupare in tali conuersione, sed (vt ait S. Chrysostomus) à facilioribus incipere, & tantum in Iudæa prædicare, vbi erant omnes fideles, agnoscentes verum Deum. Post resurrectionem tamen, cum iam fortiores essent, & Christi doctrinæ magis periti, dixit vniuersim: *Exiite in mundum vniuersum prædicare Euangelium omni creaturæ; & docete omnes gentes, vt impleretur quod æternus Pater filio suo dixit per Iaiam: & perurum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas Tribus Iacob, & feces Israel conuertendas.* Ecce dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. quod per Apostolos impletum est, postquã Spiritus Sanctus eos repleuit sapientiã & sanctitate perfecta. e *Accipietis inquit, virtutem superueniens Spiritus Sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, vsque ad vltimum terræ.* Hæc tamen Missio, quam nunc eis commisit intra terminos Iudææ, erat quasi ad experiendum & probandum; vni altera & experti essent & probati. Vfus autè est verbis illis: *te ad oues quæ perierunt domus Israel: & idem de seipso dixerat: vt intelligerent finem suæ prædicationis esse conuerrere peccatores & querere oues perditas; & errantes reuocare; eodè semper libentiùs accedentes, vbi maior esset necessitas.* Ac propterea iussit eos ire non ad loca, vbi ipse iam prædicauerat: quia in ijs non erant adeò necessarij; sed *g quo erat ipse venturus, recens ingredientes, vbi erat ignorantia doctrinæ ipsius: vt eis aliquam darent notitiam.* Et hoc ipsum vult seruare nunc operatorios Euangelicos: vt libenter velint accedere ad loca maxime indigètia: in quibus minor est Dei cognitio, & rerum ad salutem spectantium: iuxta illud Apostoli d. *cti de seipso, quod ab Ierusalem vsq; ad Illyricum repleuerit Euangelium Christi, sic autem, h non vbi nominatus est Christus, hoc est, quibus non erat annuntiatum de eo.*

DESIGNATO iam loco, distribuit Saluator vtraque vice tam i Apostolos quàm k *alios discipulos, vt bini irent, nolens vnum solum aliquò ite, sed vt vnus alium comitaretur. Primum (vt ait Origenes) vt consuetudinem seruaret accipiendi semper duos ad res magnas sui obsequij: sicut elegit*

Moylen

a Matt. 10. 5

Homil. 3. in Matthæum

b Marci 6. 15.

c Matt. 18. 19.

d Ias. 49. 6

e Actū 1. 8

f Matt. 12. 24.

g Luc. 10. 2

h Rom. 15. 10.

i Marci. 6. 7

k Luc. 10. 1.

S. Thomas.

in Catena

S. Luca.

Moyſen & Aaron, vt populū ex Aegypto educeret; & Iofue & Chaleb, vt pro terra promiffionis ad populum loqueretur, contra eius detractores: & quia quod duo afferunt, auidius excipitur: propterea enim in lege dicitur *in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum*. Et ipſe Chriſtus teſtes ſuae *in Transfigurationis* adhibuit *Moyſe & Eliam*. Et n̄ Paulum & Barnabam nominavit, vt ſimul irent ad prædicandum gentibus Euangelium, & contra Antichriſtum mittere *duos teſtes Eliam & Enoch* Prædicatores qui honorem ipſius tueantur & propugnent. Duos præterea (vt ait Theophylactus) aſſociavit: vt alter alterum iuaret, conſolaretur, conſuleret, & in laboribus, dubijs, ac periculis ſeſe mutuo excitarent. Propterea enim dixit Eccleſiaſtes: *p̄ melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuae. ſi vnus ceciderit, ab altero ſulcietur. Vt ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. ſi dormierint duo ſouebuntur mutuo: vnus quomodo caleſcit? Et ſi quiſpiam præuulerit contra vnum, duo reſiſtunt ei*. Et Salomon dixit: *q̄ frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma*. Et Sanctus Gregorius ait, coniunxiſſe Chriſtum duos, ad ſignificandam vnionem charitatis, quæ exerceri non poteſt, niſi minimū inter duos; & vt per hanc coniunſtionem mutuam agnoſceretur doctrina Domini dicentis *in hoc cognoscent omnes quia diſcipuli mei eſti, ſi dilectionē habueritis ad inuicē*. Et in hoc ipſo eluxit etiā ſuauiſ Domini prouidentia: nam cum Apoſtoli tunc non eſſent perfecti, ita eos aſſociavit, vt hanc Charitatis vnionem facilius ſeruarent: ac propterea coniunxit ſimul eos, qui erant aliās germani fratres: vt naturalis illa fraternitas corroboraret vnionem charitatis. Quod ex eo deducitur, quod S. Mattheus binos ſemper nominauerit & coniunxerit Apoſtolos, qui miſi fuerunt ad prædicandum: quaſi inſinuans, quinam ſimul fuerint miſi: & ita coniunxit Petrum & Andream; poſtea Iacobum & Ioannem fratrem eius; Iacobum Alphaei & Thadaum etiam fratres. Poſt aduentum autem Spiritūs ſancti, cum iam illi eſſent in charitate perfecti, ac diuiderentur per diuerſas prouincias & regna: non fuit neceſſaria hæc coniunſtio: ſed vnusquisque Apoſtolorum ibat per ſe, quamuis ſecum acciperet aliquem ex alijs Diſcipulis: quia id ſemper decebat & expediebat, vt ſocium aliquē haberent. Et Sancti Paulus & Barnabas diu ſimul proficiſcebantur; & cum ex quadam occasione u ab inuicem diſcederent, quiſq; accepit alium diſcipulū ſecum. Et aduertit S. Chryſoſtomus, quod priusquam ab inuicem diſcederent, diuiferint ſibi Prouincias ad quas eſſent ituri: ſicut antea reliqui Apoſtoli fecerant: vt ſciret quiſque partem quæ ad ipſum ſpectabat; nec ex aliquo errore conuenirent omnes in vnum.

POSTEA aſignauit eis Chriſtus formam & modum in ſuis Miſſionibus ſeruandum, dicens: *x nolite poſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in ſonis veſtris: non per am in via, neque duas tunicas, neque calceamen-*

1 Deuter.
19. 15.
Matth. 17.
16.
m Matth.
17. 3
n Actū.
13. 2.
o Apoc. 11. 3.
In Marci. 6.
p Eccleſ. 4. 9

q Proſ. a. b.
18. 19.

r Ioan. 13. 3

s Matth. 10. 2
Ita Ianſeni
us c. 15. cap.
cordia.

t Act. 13. 2.
v c. 15. 38
ibidem.

u Matth. 10. 9

Y Marc. 6. 8
Luc. 9. 3.
C. 6. 10. 4.

z Luc. 10. 7.

a Luc. 22. 35

Homil. 33.
in Matth.

b Luc. 10. 4.

c. 4. Reg. 4.
29.

4

ita, y sandalia neque virgam, qua se defenderent, sed baculum cui inni-
rentur. In quo modo Missionis intendit Saluator noster quinque altis-
sima perfectionis res sue partes, operarijs omnibus Euangelicis vade
necessarias: quamuis non teneantur hec precepta ita seruare, vt verba lo-
nant. *In primis* enim probare voluit obedientiam, fidelitatem, proprijs
iudicij subiectionem suorum Apostolorum: prescribens eis modum quod-
dam proficiscendi ad eum nouum ac difficilem; adedq; alienum a recepto
& vsitato hominum more, & a proprio suo, quem ante habuerant. *Deinde*
in eis aperire voluit, & iacere fundamenta paupertatis Euangelicæ; cor-
que exuere omni genere cupiditatis nimix que solitudinis rerum tem-
poralium, quoad pecuniam, alimenta, vestes & calceamenta: ita vt
superfluis omnibus præcisus, contenti essent necessarijs tantum ad vitam
sustentandam. Et quoniam videbatur etiam aliquid imminuere in eo
quod iudicabatur esse necessarium: voluit *tertio* (vt S. Hieronymus ad-
uertit) vt inniterentur fiducia Diuinæ prouidentix, conijciendo in eam
omnes curas suas: nam ipse Dominus in se recipiebat prospicere eis de
omnibus necessarijs: nam *dignus est* (inquit) *operarius mercede sua*; altera
quidem præcipua & magna, quæ est æterna in celo; altera autem tem-
porali & necessaria, quæ est, vt ipsi prospiciatur de necessarijs ad susten-
tationem ex ipso labore suo. Ac propterea eis dixit: *z in quamuisque do-
mum intraueritis, in ea manete edentes & bibentes, qua apud illos sunt*. Qua
sententia voluit, eos certo sperare, quod ipse prouidentia sua effecturus
esset, vt homines illos hospitio exciperent, & cibum potumque necessa-
rium præberent. Quod aded exacte ille præstitit, vt nocte passionis suæ
interrogauerit eos: *a quando misi vos sine sacco & pera, & calceamentis, non
quid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: nihil*. Quarto voluit Dominus, vt illi
confidentes ipsius prouidentix, ita abijcerent omnes superfluas curas a-
liarum rerum, vt eam unicam (vt ait S. Chrysostomus) curam sibi accipe-
rent prædicationis, ac ministerij sibi commisi; nullum rebus alijs locum
dantes, quæ ipsos ab vnica cura auerteret. Quod vt clarius exprimeret,
dixit eis: *b neminem per viam salutis aueritis*, hoc est (vt S. Ambrosius inter-
pretatur) ne hæreatis in rebus ad vos non spectantibus; neq; ad alia ne-
gotia attendatis: nisi ad illud, quod vobis est commissum. Eum in mo-
dum quo Elifæus Propheta cum mitteret Gezi cum baculo suo, vt moer-
tum puerum eius contactu iuscitaret, dixit ei: *c si occurrerit tibi homo,
non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi*. Qui enim tem-
dit ad negotium tanti momenti, quale est ad animas peccatis mortuas
suscitandas; non debet se negotijs alijs humanis implicare, quibus a fine
& scopo suo distrahatur.

DE NIQVE, vt intelligerent modum & rationem, qua essent alimen-
ta accepturi, dixit eis: *d gratis accepistis, gratis date*. Qua sententia (vt S.

Chry-

Chrylost. aduertit (simul reprimit superbiã & cupiditates. Reuocans illi in memoriam, quod miraculorum & Euangelium prædicandi, esset gratia ipsi à Deo collata, & quidem grauis, & absque illorum meritis: vt ita sese humiliet: ideoque vult, vt gratis illam alijs communicent, & non pro temporali precio. Nam (vt S. Augustinus ait) indigna res est, rem adeo preciosam, atque est ipsum Euangelium tradere pro vili adeo precio quale est pecunia. Accipiat itaque Prædicator sui laboris præmium à Deo; necessarium verò alimentum ad vitam sustentandam ita à populo accipiat, vt non videatur, quod prædicare sit negotiari; aut quod fiat propter aliquod temporale lucrù, cum aliqua specie auaritiæ. Cum enim talis species apparet: expedit potius dona non admittere, etiã quæ gratis offeruntur. Sicut Elizeus nunquã acceptare voluit, quod Naamã, qui fuerat leprosus, ei offerebat titulo gratitudinis, quod esset ab ipso mūdatus: quãuis nõ ei offerret tanquam precium acceptæ mundiciæ, sed ex liberalitate, dicens: *obsecro vt accipias benedictionem à seruo tuo: sed quia speciem habebat alicuius pretij, noluit acceptare, ne præberet occasionem cogitandi, quod pro accepta gratia precium acciperet, cum ea vteretur.*

PRÆCEPTA hæc à Saluatore nostro suis Apostolis & Discipulis proposita, moraliter interpretantes Sancti deducunt ex ijs multa documenta prædicatoribus vtilia. Nam teste S. Remigio, videtur Christus D. N. illis præceptis voluisse Prædicatores exaltare ad primi hominis dignitatẽ, antequam in peccatum laberetur; cum solum cæli thesauros possideret, & omnia terrena in corde suo contemneret, nihili faciens aurum & argentum, & quæcunque mundus nunc magni facit: & S. Chryostomus ad alius adhuc culmen rem hanc exaltat, dicens voluisse Christum Dominũ eos ex hominibus Angelos facere, liberos & ab omni temporali cura expeditos: vt solum attenderent officio suo prædicandi. Imò etiam à nimia cura circa ipsum officium eos liberauit dicens: *f nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis: spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.* hac ratione reddens eis facile ac iucundum, quod ex se fuisset alias graue, ac laboriosum; ijs præcipue, qui ab vno in alterum locum ratione officij transeuntes, locum non habent ad præparandas suas conciones. Ipse tamen Dominus eos iuuat, ac de spiritali alimento pro ipsis, & pro alijs prospicit; sicut circa alimenta temporalia facit. Quod (ait idem Sanctus) summa est iucunditatis, & consolationis. Nihil enim est ita iucundũ, vt à cura & solitudine erutum esse; & maxime cum possibile fuerit ab hac erutos, in nullo minorari; Deo præsertim & pro omnibus nobis effecto. ipse enim Dominus præses omnia supplet. Certum autem est nunquam defuturum aliquid ex parte Diuinę prouidentię, nisi fiducia in illam deficiat. Ac propterea Sanctus Gregorius

De Bap-
tismo
paru-
lorum.

Homil. 33. in
Mattheum

c. 4. Reg. 3.
16.

Refert S.
Trom. in
Catena

Homil. 33.
supra.

f Luc. 12. 11

dixit: Tāta Prædicatoris debet esse in Deo fiducia, vt præsentis vitæ lum-
 ptibus, quamuis non prouideat, tamen sibi hos non deesse certissime sci-
 at: ne dum mens eius occupatur ad temporalia, minus alijs prouideat.
 terna. Sed vt hæc fiducia vera sit: re ipsa ostendenda est, abijciendo quic-
 cunque excessum & imperfectionem, quæ per ea, quæ Christus Domi-
 nus prohibuit significatur. *Prin: im non possidere aurum neque argentum in sa-
 na mulsum*, teste S. Gregor. significat: non esse absconderi: dam sapientiam
 neque gratiam sermonis, sed liberaliter communicandam: non enim ei
 acceperunt pro se, sed pro alijs; & *g: sapientia abscondita, & thesaurus iniquus,
 qua utilitas in viris?* Non ferre secum calceamenta, quæ ex animalib. ma-
 tuis conficiuntur, est, non se cooperire a fectibus rerū improbatum; nec
 opera mortua facere. Permittuntur tamen accipere *sandalia*, quæ non te-
 gunt pedem ex parte superiori, quamuis pedis plantam tueantur. Quod
 (teste S. Augustino) significat: ipsum Euangelium non esse occultandum,
 sed manifestandum omnibus; nec tamen debet terræ adhærescere, vt pro-
 pter terrena commoda promulgetur. Non habere duas tunicas, dicitur
 significare: eos non debere cum duplicitate sed cum simplicitate prædi-
 care, & homines alloqui. Neque *virgam* debet habere, quæ significat de-
 fensionem: nam (vt ait S. Ambrosius) progredi debent cum spiritu man-
 suetudinis & clementiæ, & absque vilo indicio iræ, furoris aut vindictæ.
 Item sicut Apostoli tunc non erant pastores; nec Prædicatores, propterea
 quod tales sint, sunt etiam Prælati: ideo non habent virgam potestatis ad
 peccantes castigandos. Hæc enim potestas ad solos superiores pertinet.
 Quamuis S. Marcus dicat permisisse Dominum, vt h *virgam in via* tollerent,
 quæ est potestas correctionis vitiorum; & ius exigendi necessariam pro
 seipis sustentationem. Studere tamen debent (ait S. Hieronymus) ne *vir-
 ga* conuertatur in serpentem; neq; innitantur baculo arundineo; collo-
 cantes suum solatium in carnis delictis.

§. II.

PRÆSCRIPTA forma & ratione perfectionis, instruit Saluator
 noster Apostolos ac discipulos suos, de modo se habendi, cum Ci-
 uitates, aut castella ingrederentur. Et primum ait: *a: interrogate qui
 in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis*. Non dixit: interrogate, quis in ea
 sit diues, aut nobilis, aut quis bonam domum & commodam habens
 habitationem: sed *qui dignus sit*, hoc est, bonus & pius. Et vult (vt S. Hier-
 onymus ait) alios interrogari de bonitate ac virtute hospitis: ne Prædi-
 catorum dignitas suscipientis infamia deturpetur; & ne accipiatur occu-
 sio (vt ait S. Ambrosius) hospitium mutandi, & contristandi hospiti-
 tem, praua illa retributione illum deserendi; & indicium detur leuitatis
 ipsius Prædicatoris. Ac propterea Sanctus Lucas dicit Christum eis di-

H. mil. 17.
in Euangel.

g Eccles. 4.
17.

lib. 2. do Cō
ensis.
Euang c 30

In Luca 10.

h Marci 6.8
Ita D. Au-
gust. supra
In Matth.
10. Tom. 9.

I

a Matth.
10. 11.
Supra.

lib. in Lu-
cam
S. Chry-
sostomus.
Homil. 33.

xiii.

xiste: *nolite transire de domo in domum: vt sic conferuetis amicitiam, grauitatem, & fidelitatem vestram erga hospitem, qui vos excepit. Perpendit etiam S. Hilarius verbum illud: *quis dignus sit, qui scilicet vos in domo sua excipiant, vt ex hoc intelligatur: eum censendum esse dignum, qui magis se nouerit accipere gratiam, quam dare: dat enim aliquod temporale bonum: accipit autem magna bona spiritualia. Et ipsemet Deus remunerabit centuplo opus illud: nam c *qui recipit vos, inquit Christus, me recepit.***

ETIAM latet mysterium in verbo *dignus*, quo monentur ipsi Prædicatores de cautela, qua accedere debeant ad hospitium: ne scilicet ad domos in quibus tantum sint fæminæ, sed aliquis etiam vir grauis, cuius presentia omnem auferat suspicionem. Cui cautelæ adiungitur præclarum aliud documentum, cum dixit: *d in eadem autem domo manete: quasi dixerit cum bini mittamini ne hospitium diuidatis; sed vterque in eadem domo hospitemini vt noctu diuque alter alterius sit custos, & mutuo vos iuuetis ad puritatem seruandam; & procul sitis ab occasione dandæ malæ alicuius suspensionis; & vt seruetis mutuum vestram coniunctionem & amorem cum maiori edificatione proximorum, qui vident vos tantâ charitate coniunctos.*

ELECTIONE hospitij facta, ait Saluator: intrantes domum salutate eam dicentes: *e pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam.* quâ sententiâ (vt ait S. Chrysostomus) præbuit illis aliqua magni momenti documenta. *Primum*, ne, quod Prædicatores & Magistri sint, existiment expectandum sibi esse, vt prius ab alijs saluentur; sed potius cum humilitate ipsimet prius alios saluent, & ordinarijs honoribus ciuilitate præueniant. Cum autem dicit: vt domum saluent, significat quod omnes, qui in ea sunt, saluari debeant, magni & parui: vt omnium voluntates ad se alliciant. *Secundum* documentum est: vt intelligant salutationem suam non esse in solis verbis aut humanis cæremonijs; sed esse benedictionem cælestem, & quantum in se est potentem, ad efficiendum, quod dicit, in volentibus eam excipere. Ad quod exprimentum dixit: si domus digna est, pax vestra veniet super eam. Et quod ait *vestra*, significat: non esse sermonem de inani & mundana pace; sed de diuina & Apostolica: quæ est reconciliatio cum Deo, remissio peccatorum cum communicatione gratiæ Dei, quæ fructus est Euangelicæ prædicationis. Ex quo S. Hieronymus deducit: hanc salutationem fuisse quoddam experimentum, aut testimonium dignitatis, aut indignitatis domus, quâ illi intrarent. Si enim pacem accipiebant, qui in domo erant, bonum erat indicium, quod illa digna esset: si autem imprecatam pacem reijciebant, etiam signum erat indignitatis illius domus. Et S. Chrysostomus addit: eam salutationem fuisse solutionem ac retributionem pro hospitali

b Luc. 10. 8
in Matthei
10.

c Matth.
10. 40

d Luc. 15. 7.

2
e Matth. 10
11.
Luc. 10. 6.
Homil. 33.
in
Matthæum

A, u, d S.
Thomam
in Catena
in Matth. 10
in Catena
in Luc. 6. 10

tate. Nam pax quam offerebant, pluris æstimanda erat, quam omnia que hospites illis dabant. Ne dicat hospes: ego expono meam rem familiare excipiendo Prædicatorem hospitio: nam in ipso ingressu offerit illi cibum donum pacis, cui nihil est æquale: vt sciat te maiora, quam des, accipere: *bonorum enim omnium mater pax, sine cetera sunt inania.*

4

S E D statim adiunxit Saluator: *si domus non fuerit digna: pax vestra reuertetur ad vos.* vbi etiam duo alia continentur documenta. Primum, quod non omnes pacem illam recipient, neque prædicationem eorum. Et quamvis intrent domum aliquam, quam dignam existimant: fieri potest, vt talis non sit; aut aliquos in ea esse dignos, & alios non. Et quamuis pax requiescet super dignum, qui vocatur *filius pacis*, hoc est qui facile se deicit, docilis est, salutis suæ cupidus, & audiendæ veritatis, de qua in formetur: non tamen requiescet super indignum, filium scilicet dissensionis, contentiosum, ac turbulentum & resistentem prædicationi. Ne autem ipsi Prædicatores tristentur, videntes pacem suam non acceptari: Secundo addit documentum, quod scilicet ipsi nihil propterea amittent de suo merito præmio, & corona: hoc enim significat, teste Sancto Augustino, quod dicitur: *pax vestra reuertetur ad vos.* nam quod illam hospitibus obtulerint, cederet in propriam ipsorum vtilitatem,

Serm. 12. de
Sanctis &
5 Greg. Ho-
mil. 17 in
Euang.

5
f Luc. 10. 8.

g Ioan. 4. 34

Q U I N T U M documentum est: *manducate qua apponuntur vobis*, in domo scilicet, in qua excipiemini: nõ attendentes an sit modicum, cassum aut inconditum; sed contenti sint eo quod apponetur, nec meliores petant cibos, aut suo palato magis gratos: sic enim ostendit, se non venire ad prædicandum propter aliquam suam commoditatem, aut delicias: ideoque corporalem cibum se parui facere: quare autem rem maiorem momenti, scilicet animarum: de qua dixit ipse Saluator: *gloriam suam esse, vt faceret voluntatem eius qui misit ipsum*, ad conuertendos scilicet peccatores. Ac propterea nihili fecit cibum, ab Apostolis sibi oblatum, dixit Etiam Christus: *manducate qua apponuntur vobis*, vt bonum daret exemplum temperantiæ, ac modestiæ; essent que minus onerosi & grati ipsi hospites: nam hoc ipsum adiuturum, vt illi ipsos libentius domum retinerent. Et quamuis constet, vbi est cibus, etiam esse debere potum: huius tamen Christus non fecit specialem mentionem: vt ex hoc intelligerent, quam cautè ipsis esset circa hoc agendum; & contentos esse debere aqua, si non offerretur vinum; aut quocumque oblatum vino; & quidem moderatè, ac parce bibendum,

6

S E D quoniam Saluator noster non solum volebat prædicari suam doctrinam in ædibus priuatis: monet vt etiam publice eam tradant in ciuitatibus. in qua tamen re non præscribit ordinem seruandum: sed aliter quando insinuat, vt ingredientibus, publice prædicare incipiant toti ciui-

tatis &

trati; & postea hospitium quærant aliquando tamen contrâ primum ho-
spitium quærant, & à particularibus ciuibus incipiant: & postea in publi-
cum prodeant, omnibusque prædicent duo præcipuè capita. Primum h
appropinquauit in vos regnum Dei, hoc est Messia regnum ante promissum,
eius doctrina, & Euangelium, & ingressus in regnum cælorum, qui per
euna aperietur. Secundum erat, vt i Penitentiam agerent, & vitam suam re-
formarent, meliores mores induerunt: vt cœlesti regno digni redderen-
tur. sub his enim duabus rebus continentur omnia media necessaria, ad
côsequendam æternam vitam: quæ est vltimus finis omnium hominum.

Et quoniã aliquæ ciuitates non erant suscepturæ prædicationem, iu-
bet, vt exeuntes ex domo vel ciuitate excuterent puluerem de pedibus suis in re-
sistimonium illis. & dicerent: m etiam puluerem, qui adhaesit nobis in Ciuitate vestra
extergimus in vos: tamen hoc scitote: quia appropinquauit in vos regnum Dei: in
signum (vt aiunt SS. Hieronymus & Chrysostomus) laboris, quem in
prædicatione Euangelij subierunt. vt ex hoc intelligatur, incredulitatem
non prouenire ex causa Prædicatorum, qui suum officium obierunt; sed
ex culpa ciuium, qui illis resisterunt. Excutiunt autem puluerem, in si-
gnum, quod eorû labor fuerit apud ipsos inanis & inutilis; tam etiam in si-
gnum (vt ait S. Hilarius) quod omnis pena & culpa esset rebellibus ob suã
repugnantia, tribuenda. Item extergebant puluerem, qui ipsis adhaeserat
ex tali ciuitate, in testimonium, quod sua prædicatione non quæserint
aliquid temporale ab illa; nec proprias commoditates, neq; aliquid ali-
ud, ne quidem eius puluerem. Denique, vt intelligerent, quam essent de-
testabiles, qui illos audire nolebant: siquidem nihil secum accipiebãt: eò
quò tanquã maledictum & anathema illud reputabant. Ne tamẽ Ciuitas
illa excusationẽ aliquã prætenderet, iussit Christus: vt quando exirent ex
ea, ei iterum dicerent: etiamsi à vobis recedamus, non possumus tamen
vos non monere: quia appropinquauit regnum Dei. Imò se se vobis offert. &
ad vestras domos accedat. quam obrem attendite quid agatis, cum illud
repellitis. venit enim super vos ira Dei; tradetq; regno Demoniorum.
Hoc enim significat, quod adiecit Saluator, cum dixit suis discipulis: A-
men dico vobis, tale abilius erit reus Sodomorum & Gornorreorum in die iudicij,
quam ille ciuitati: Nam (vt S. Hierony. ait) maior fuit Ciuitatis in cruduli-
tas & impenitentia, cum vestram prædicationẽ audientes; & miracula vi-
dentes, quibus eam confirmabatis; & cum eis peccatorum remissionem
offerbatis; ac docebatis facilitatem, qua his bonis vti poterant, ac po-
tiri: omnia tamẽ contempserunt ac conculcarunt. Sodoma quidem & Go-
morra fuerunt ciuitates abominandæ: nõ tamen habuerunt talẽ prædicati-
onẽ, nec talis beneuolentia est illis exhibita: & hoc nomine minor fuit ex-
tû rebellio. Et o si in Sodomu (ait Christus) facta fuisset virtutes quæ facta sunt

h Luc. 10. 9.
Matth. 10. 7

i Marc. 6. 12

k Matth.
10. 4.
l Matth. 16
11.
m Luc. 10. 11
Homil. 33. in
Matthæum
Victor An-
tiochenus in
c. 6. Marci
Cano. 10. in
Matth.
SS. Hieron.
& Chrysost

n Matth. 10
15. Luc. 10. 12

o Mat. c.
11. 3.



in Iudaea: fortè mansissent vsque in hanc diem: quia non restitissent; sed penitentiam egissent.

8

p Matth.
10.14.

q Actuum
13.51.6.

9

r Luc. 9.10.
c. 5. c. 10. 17
t Marc. 6. 30

u Iob. 38. 35
lib 30. Mor.
c. 2.

x Lc. 10,
37.18

Serm de Tē-
tat & Ieu-
nio
lib. 23. mor-
c. 4. Ho-
mil 19 in
Ezechi. l. S.
Chrysof.
Homil 33.
in Matth.

DENIQUE iussit Christus, Discipulos p̄ exire foras de tali domo vel ciuitate: quia non vult tempus teri, vbi fructus non est, nec spes apparet, aut via illum colligendi; sed vt migrant ad aliam Ciuitatem, aut locum, in quo possint cum fructu prædicare: quemadmodum fecerunt SS. Apostoli Paulus & Barnabas, cum eis restiterunt Iudæi habitatores q̄ Arabia Pisdia: qui excusso puluere pedum in eos, iuerunt Iconium, dicentes repellentibus ipsos: vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repelitis illud, & indignos vos iudicatis aeterna vita, ecce conuertimur ad Gentes, quæ illud recipient.

FINITA Missione (quam licet credere fuisse ad limitatum tempus ab ipso Christo præscriptum) redierunt duodecim Apostoli, & septuaginta duo Discipuli ad suum Magistrum, reddentes rationem eorum quæ euenissent; & t̄ renunciantes omnia quæ egerant, & docuerant. vt ipse iudicaret eius monita seruassent in rebus agendis, & in ipsa doctrina: & approbaret rectè facta; corrigeret verò ea in quibus esset erratum: & ita ipsos sensim instrueret in Ministerio obeundo: vt quando ad illud aliàs redirent, magis essent periti: & ita ostendebant promptitudinem ad idem Ministerium obeundum, quancuncque sibi committeretur, iuxta illud quod dixit Deus Sancto Iob: nunquid mittes fulgura, & ibunt; & renuentia dicent tibi: adsumus? Fulgura, ait S. Gregorius, esse Prædicatores Euāgelicos, ob doctrinæ splendorem, & igne charitatis: quos mittit Deus, vt illustrent, & accendant homines: & ipsi cum summâ velocitate & hilaritate exequantur sibi commissa. Opere autem expedito, redeunt ad ipsam mittentem, & gestorum rationem reddunt: tribuentes ei gloriam de omnibus, agnoscentes, se non ea præstitisse viribus proprijs, sed Domini, à quo missi fuerunt. Et ita septuaginta duo Discipuli redeuntes dixerunt: x Domine, etiam Dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo, non autem in nostro: quia virtus, tua est, nō nostra. Quia tamen hi Discipuli tanquam imperfecti aliquid fortè senserunt inanis gloriæ, ex eo quod Dæmones ipsis subijcerentur, etiam in nomine sui Magistri: voluit eos reprimere, ac dirigere: ac propterea dixit eis illa verba: videbam Sathanā sicut fulgur de cælo cadentem. Quorum sensus (vt explicant SS. Cyprianus & Gregorius) etiam est; caute à superbia; nam propter eam vidi Sathanam de cælo cadentem tanquam fulgur. Attendite ergo, etiam si sitis fulgura in prædicatione: ne euanescat, aut superbiatis: ne cadatis in terram in modū fulguris, quod descendit in profundum. Quamuis valde credit ille videatur, Discipulos gaudium illud habuisse absq; aliqua culpa, gaudentes de potestate à Deo sibi collata; & beneficio absq; proprijs meritis accepto.

ac de

ac de gloria, quæ suo magistro inde proueniebat; ac denique de fructu in proximis facto. Hæc enim omnia sunt materia gaudij, quod est charitatis fructus, & præmium laborum, quos prædicatores in suo munere sustinent. Quemadmodum enim dolent ac flectunt ob iniuriam & contemptum Dei, quem ostendunt peccatores obstinati: ita possunt ac debent gaudere propter honorẽ, qui accedit Deo ex eorum cõuersione; & ex eo quòd videant, se adhibitos tanquam instrumenta Diuinæ ipsius gloriæ.

IMPONAMVS tandem finem, referendo quæ fecit Saluator, postquam redierunt Apostoli ex sua Missionibus: & rationem audiuit, quam illi reddebant. Nam (vt S. Lucas refert) *assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est, Bethsayda.* Et S. Marcus refert, dixisse: *venite seorsum in desertum, & requiescite pusillum.* Vt intelligeretur paterna eius prouidentia erga ipsos; & quam meritò Prælati habere debent erga huiusmodi operarios, & quam ipsimet par est vt habeant, postquam per dies aliquot in huiusmodi Missionibus, & agendo cum proximis posuerunt, secedentes per breue aliquod tempus, ad quietem ob duos fines. Alter est, vt ipsum corpus aliquantulum subleuetur, & recreetur, eiusque vires reparentur: vt redire possit ad eundem laborem. Vt enim dixit S. Ioannes Euangelista: prudentiæ est, arcus chordam ad tempus relaxare, vt extendatur, quando opus erit sagittam iaculari: vt in alio loco dictum est. alter finis est, ad reparandas spiritus vires, quæ valde obtunduntur externis occupationibus, etiam spiritualibus, & in bonum proximorum. Ac propterea expedit (ait S. Gregorius) post exercitia prædicationis secedere ad desertum, & solitudinem contemplationis: in qua nouus feruor & vires recentes recipiantur, vt redeatur ad eundem laborem. Et in eundem sensum explicat illud, quod Deus dixit Iob: *anquid mittes fulgura, & ibunt; & reuertentia dicent tibi: adsumus?* Hæc fulgura, inquit, hoc est prædicatores, non exeunt in mūdum, vt maneat semper apud proximos, cum ipsis occupati; sed vt aliquo tempore cum eis laborantes, redeant postea ad agendum cum Deo familiariter in eius præsentia, vt supra est dictum. Sed neque diu in ea secessione manēdum; sed, vt dixit Saluator: *pusillum*, quantum scilicet ad vires recuperandas sufficiat: expectant enim illos esuriētes animæ. Ac propterea decet Domino dicere: *adsumus*: vt iterum quando placebit nos mittas. Ac propterea Euangelista exprefit nomen deserti *Bethsayda*, quod significat *domum frugum*: ad insinuandum: recollectionem huius vitæ semper debere attendere ad spirituales virtutum fructus colligendos in domo propriæ conscientiæ: vt postea prodire liceat, ad metendam animarum messem, & colligendos fructus copiosos: qui reponuntur in domo & horreis cælestibus ad gloriam Dei in æternum Amen.

TRACTA-

IO

1 Luc. 9. 10.
2 Marci
6. 32.

Refert Cas-
sianus col-
lat. 24 c. 21.

Tomo 1. Tra-
ct. 2. c. 21.

Lib. 28 mo.
val. c. 6. post
m. d.

2. Pastor. c. 7

1 Iob 38. 35.

Tract. 3. c. 6.

2 Marci
6 32.